Ire in alia omnia, uel diſcedere, trãſire in alia omnia, lo miſmo es que *diſſentire.* Dezianles en el Senado. *Qui hoc cenſetis, illuc tranſite, qui alia omnia in hanc partem,* Con eſtas palabras conſeruauan ſus malos agueros, por no dezir *qui non cenſetis,* De aqui vino que *ire in alia omnia,* es lo miſmo que *non cenſere, id eſt, contra id de quo diſceßio fit ſentire.*

Impudentia perſequi, aut proſequi, Pedir deſuergonçadamente. *epiſt.62. lib.3.*

Intercedere, Eſtoruar no ſe trate deſto con el pueblo.

Inuenire ſibi nomen. 3. Off. id eſt, indere.

Id quod, id eſt, eo quod.

Illac facere, Defender aquel otro vando.

In diligentia miſſarum litterarum.

In plagas conficere, Aparejarle garlito donde cayga, emendaras *conycere*, no *conficere.*

Ire paßim, Seguir qualquier camino ſin orden.

In ſolum uenire, Venir al propoſito: por que el ſuelo, o tierra es lo que principalmente tratamos. *epiſt. 26. lib. 9. ad Fam.*

Ipſe me retexam, Yo mudare de condicion.

In eadem es naui, Eſtays en el miſmo peligro.

Iſto loco, De vueſtro quilate, o eſtado. *Epiſt. 368, at in. 2. Philip iſto loco natus.*

In expectatione ſunt omnia. Aũ no hay coſa cierta.

Ignotus, El no conoſcido: Pero Ciceron le toma actiua el que nó conoſce *epiſt. 13. lib. 5. Ignotis nota faciebat*, Otros la hazen. *epiſt. 12.* comiença *Coram me.*

Inſolentia, Demaſiado gaſto en vn banquete. *ep. 20. lib. 9.*

In opere alicuius eſſe. Eſtar en ſeruicio de alguno. *epiſt. 9. lib. 13.*

In ſumptum habere, Tener bien de que gaſtar.

Incallidum, Coſa loca, o ſimpleza. *i. non callidum.*

Iacere, Ser tenido en poco.

Ieiunus homo, Deſſeoſo que le alaben. *epiſt. 2. lib. 10. ad Fam.*

Interiores litteræ. epiſt. 34. lib. 7, O entiẽde los eſtudios de Philoſophia, o cartas que no communicaua, o dexaua leer ſino à muy amigos.

Littus, epiſt. 17. lib. 1. ad Atticum. Amantißimus mei

non

non homo, ſed littus atque aër, Es mi hermano de tan buenas entrañas, q̄ mis ſecretos le puedo fiar como à vn deſierto, ayre, o ribera, Leonardus Maleſpina.

Leuis, libidinoſus, tagax, Ladroncillo, à *tangendo.*

Longius nihil mihi fuit. i. deſideratius. epiſt. 27. li. 11.

Multiplicata domus, id eſt, aucta.

Malim mihi Craßi, unam pro M. Curi. dictionem, quàm triumphos duos, Dixo *unàm dictionē,* por dezir *orationem.*

Ante meridiem dictioni operam dedi, Antes de comer me occupe en pulir el eſtylo.

Manum de tabula, Guardad que no os hallen con el hurto en la mano. *epiſt. 25. lib. 7.*

Nec adulari nos ſinamus, En paſsiua, raro es por *adulatione deliniri.*

Ne extra modum prodeas, id eſt, excedas.

Neque quicquam inſipiente fortunato intolerabilius fieri poteſt, id eſt, eſſe: Græciſmus eſt.

Non mediocre telum ad res gerendas beneuolētia ciuium, id eſt, inſtrumentum ad res gerendas.

Nulla antea cum fuiſſet, id eſt, cum nulla antea lex fuiſſet.

Non eſſe in ciuitate duo millia hominum, qui rem haberent, No ſe hallauan dos mil ricos.

Non dubiè, epiſt. 1. lib. 15. barbare indubiè.

Nauare ſtudium. 22. lib. 15. ut nauare operam.

Noctuas Athenas, Hechar agua en la mar.

Nullus Imperator. 3. lib. 7. nullius uatoris ait uulgus.

Non uellet recipere. 8. lib. 8. prædes datē.

Non iniocundiſsimum, id eſt, triſtiſsimum.

Nũtiũ uirtuti remiſiſti, delinitus illecebris uoluptatis

Omnibus unde petitur. epiſt. 11. lib. 7. A los deudores, phraſis, es de los Iuriſtas.

Oſcos, ludos. 1. lib. 7. uocat ruſticanos, Obſcænos, ab Oſcis populis Italiæ.

Oratio compta & mitis facit ſibi audientiam.

Obſit ad hanc rem, Como dezimos *conducit ad hanc rem.*

Eius oratio nimia religione attenuata, doctis & attente audientibus erat illuſtris: à multitudine, & à foro, cui nata eloquentia eſt deuorabatur, Dixo, *deuorabatur,* Como las medicinas que el enfermo traga ſin maſcar.

Omniſemiſſes, todo es vna diction. *epiſto. 6. lib. 5.* Apocados que no valen dos blancas.

Palatus & palatum in maſculino & neutro genere.

Penſitare uectigalia, Pagar las rentas.

Periclitatis moribus amicorum, Hauiendo experimentado las coſtumbres de ſus amigos.

Perpetuitas, id eſt, æternitas.

Ponere diem, Paſſar el dia.

Accedere ad pœnam, Caſtigar.

Perfractè nimis defendere, Con gran pertinacia.

Progreſsio diſcendi, id eſt, profectus.

Profectus ſum ad Capuam.

Prohibere iniuria tenuiores, Defender à los pobres de todo agrauio.

Perfecta re, de me, Acabado mi negocio. *epiſt. 1. libr. 1. ad Famil. De te non eſſe perfectum.* Que

vueſtro

vneſtro negocio no eſtaua concluydo.*libr.6. epiſt.ad Balbum.*

Phararcus non Phylarchus, epiſt.1.libr.15.ad Famil. qui præeſt turribus ijs unde lumen ſublatũ ſignificat nauigantibus ubi loci ſunt, & unde ſi quid ſit, quod ſcire opus ſit, ſublatis ignibus longo ordine, & immẽſo ſpatio, dum turris turri uicinæ ſignum dat, res in diſiunctis locis geſtæ cognoſcuntur.

Octauum principem duxit, id eſt, octauum ordinem inter principes.

Qua, id eſt, partim. Nã gladiatoribus qua dominus, qua aduocati ſibilis conſciſſ, Por que el dia que ſe hizieron las fieſtas, o juegos de los gladiatores, en parte el Mayordomo q̃ tenia cargo dellos, en parte los que le acompañauan para hazerle honrra, fueron del pueblo con muchos ſiluos moſados y eſcarneſcidos.

Quam multa enim, Raro es, *enim* deſpues de dos dictiones, *Societas eſt enim.*

Quæ non probantur in uulgus, id eſt, uulgo.

Qui principes inueniendi fuerunt, id eſt, primi inuentores.

Quid? Coſa rara començar eſte vocablo con interrogacion la Epiſtola.8.*lib.*2.

Quo cum eſſet nupta, id eſt, cui, epiſt.3.lib.15.

Quam ſuperlatiuum expoſcit: Ad præcedẽtibus oppido, ſanè, per, poſitiuũ habet: ut ſanè quam multis. epiſt. 4. *lib.*8.

*Quodam in ſilice. epiſt.5. lib.*8. E mendaras. *incili,* Que es el cauze del molino, o acequia.

Reſpublicæ continentur,id eſt, conſtant.

Reuerto,& reuertor non ſeruant differentiam à Grã maticis perſcriptam. Epiſt.6.lib.6.

Rationem ducere, Tener reſpecto.

Renuntiare epiſt. 32.lib. 10. magiſtratus creatos declarare.

Reapſe,id eſt, reipſa.

Recte,id eſt,nihil epiſt.28.lib.11.

Reſpondere, Aconſejar el Iuriſta al pleyteante.

Si diſcẽdi labor eſt potius,quàm uoluptas,id eſt, ſi diſcere labor eſt.

Societas interior,id eſt,coniunctior.

Stare conuentis,id eſt, ſeruare pacta,manere dictis.

Similes ſunt, ut ſi qui gubernatorem,id eſt,perinde faciunt ac ſi qui.

Sulpitium multum utebare, Teniades muy eſtrecha amiſtad con Sulpicio.

Si quid importetur nobis incommodi, propulſe mus, id eſt, inſeratur.

Sine Aelio, *Ipſe ſcripſit eas,ſed non ſine Aelio,* El las compuſo,pero no le falto ayudante.

Suppares, Quaſi de vna edad, aun que algo mas moços.

In ſolem & puluerem, Lo miſmo es que *in lucem, & medium.*

Seſe pro eo nõ rarò uſurpat: ut epiſt.8.lib.4. & ep. 14. lib. 15. & 4. lib.9.& epiſt.25. lib.9.ubi ſuam pro eius ponit.

Sodalitas, Segun veo que Ciceron vſa eſte vocablo,podemos hoy dezir.

Sodalitas aurei uelleris, La orden del Tuſon.
Sodalitas conchyliati torquis, La ordẽ de ſanct Miguel de los Reyes de Francia.
Sodalitas Giareteriæ, La orden de la Iarretiera de los Reyes de Inglaterra, *ſunt farciolæ crurũ ad ornatum comparatæ.*
Sodalitatis princeps, El Prior, o el gran Maeſtre de la Orden.
Societas, Cofadria, *Collegium.* Cabildo.
Subitum, Dañoſo. *epiſt.2.lib. 13.*
Scriptura perſequi, Eſcreuir. *epiſt. 21.lib.15.* Como dezimos: *proſequi amore, odio, id eſt, amare, odiſſe.*
Spe expectare, Dizen que no es Pleonaſmus, porque *non eſt idẽ ſpes & expectatio.epiſt.28.lib.15.*
Solicitudine ſum, id eſt, ſolicitus ſum.epiſt.13.lib.16.
Scribendi intercapedo, id eſt, mora, intermiſsio.
Sed inſerui, & fac omnia, Mirad por vueſtra ſalud. *Epiſt.17.lib.16.*
Secundum aurem, Tras la oreja. *epiſt.12.lib.4.*
Soliſtima, En tierra junto al ſuelo. *epiſt.6.lib.6.*
Siniſtro, proſpero, *6.lib.6.* Segun los Romanos: pero Griegos y barbaros *dextra iudicabant meliora.*
Soluendo non eſt, No puede pagar: *Subaudi aptus ſoluendo: ut ſit dandi caſus.*
Tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum ſtudiorumq; diſtantia, Nueua coſa es: *quãta maxima.*
Tam diu laudabitur, dum memoria rerum Roma-

norum

norum manebit, Raro es. *dum* por *quam diu.*

Terræ filius, El borde,o baſtardo.porque no co noſce à ſu padre, ſigue à la tierra q̃ es madre de todos,y los Gentiles creyan que la tierra al principio produxo de ſi miſma los hombres. *Athenæo lib.*10.lo llama γηγενὴς ἄνθρωπος,otros.S. *P.id eſt, ſine patre,*de ay vino *ſpurius,*otros *progenies terræ, fraterculus gigantum.*

Vitioſos uocat improbos.

Valere ut malis, quàm diues eſſe, Oracion Poetica, y tambien *Valere* por *bene ualere.*

Vaſtitas. *Quaſi defleuiſſe iudiciorum uaſtitatem & fori,* Gentil amplificacion por *orbitatem,* o *ſolitudinem,* tomo *uaſtitatem* dizen los barbaros *deſolationem,* donde no hay hombres ni caſas.

Vocare in odium aut inuidiã, Acuſar falſamente.

*Valentiſsima beſtia. epiſt.*1.*lib.*7.Aunque los interpretes pienſan que en eſta caça que Ciceron cuenta, ſe entienden tigres, lobos y oſſos: no creo yo que *Valentiſsima* y *præclara beſtia* ſe dize ſino por el leon, porque del elephante deſpues habla paricularmente. *Finis.*

Son tambien raros.

Adipalis & Adipale.	Dulcitudo.
Adiuto, as.	Induperator.
Alibi.	Ingratificus.
Alicubi.	Intricor.
Alleuamentum.	Intrudo.
Claro, as	Largifluus.
Expectorare.	Largiter.

Loquen-

Loquentia.	Quomodo nam.
Opulentia.	Remotio.
Obſtippus,a,um.	Sanè quidem Hercle.

Fin del caudal en Elegancias y Phraſes. Siguenſe las Hypotypoſes, para retratar de repente.

¶ *Auiſos al Latino de repente en las Hypotypoſes que ſe ſiguen.*

Hypotypoſis eſt rerum, quaſi gerãtur, ſub aſpectum penè ſubiecto, dicitur Demonſtratio.

Illuſtris explanatio, informata deſcriptio.

2 *In exponenda re*
& ad illuſtrãdum quod exponitur.
& ad amplificandum. } *plurimum ualet.*

3 Franciſcus Floridus Hypotypoſin Plautinam *in hunc modum commendat. Quam eſt impudens Staſimus, qui ab heroquin loquatur, nullo pacto deterreri poteſt? pulcherrimo dein commento* Philtoni *diſſuadet, ne ab* Herili *filio unicum fundum, quem ſibi reliquum fecerat, pro ſororis dote acciperet.* Per Deos *ergo atque homines ſenem orat, ne illum agrum ſuum ſinat unquam fieri, neque gnati.* Primum *enim*

enim omniũ cum terra proſcinditur, in quinto quoque ſulco moriuntur boues. Tum Acheronti hoſtiũ in eo agro eſt: Vinum autem priuſquam coctum eſt, putidum pendet. Poſt id frumenti, quando alibi maxima eſt meßis tribus tãtũ domino minus reddit, quã ibi ſit obſitum: nec unquam quiſquam extitit, cuius ille ager fuiſſet, quin peßime illi omnia uertiſſent, alij exulatum abierant, alij mortui, alij ſe ſuſpenderunt, ſues angina moriebantur acerrime. Tum autem ex Syrorum genere, quo nullum eſt laborum patiẽtius, nemo extiterat, qui ſex ibi menſes uixiſſet: ita cuncti ſolſtitiali morbo decidebãt. Quid uerbis, inquit opus eſt? quamuis malam rem queras, ibi reperias ex hoc ſerui figmẽto qualia ſint aliorum ingenia licet conijcere; nam quod eſſe in agro malum poteſt, quod non hic optime ſit effictum? Hæc quidem uerba non agrũ alicui odioſum, ſed fortunatas etiam inſulas infeſtas reddere poſſent.

4 No te des à entender, que ſolamente las has de coger en Latin; porque en Italiano y Frances las cogia yo, y me aprouechaua mucho, ſi quieres ver lo que mueuen, finge que oyes eſte thema: En todas partes es conoſcida eſta mala vieja. El que eſſa propoſicion oye, bien entiẽde, lo que le dizes: pero no te le mueuẽ los affectos, à aborreſcerla, o à apartarſe della. Mira la Hypotypoſis del excellente Ioan de Mena; o del Bachiller Rojas de Montaluan: vſando de *Diuiſione totius in partes*: Mira como partio el *Omnibus*, y el *Vbique*. y como te mueue los affectos.

Por que ſeñor te matas? por que ſeñor te congoxas? y tu pienſas que es vituperio en las orejas deſta, el nombre que le llaine? no lo creas, que aſſi ſe glorifica en le oyr, como tu quãdo dizen, dieſtro cauallero es Caliſto. Y demas deſto, es nombrada, y por tal titulo conoſcida. Si entre ciẽ mugeres va, y alguno dize: Puta vieja, ſin ningũ empacho luego buelue la cabeça, y reſponde cõ alegre cara. En los combites, en las fieſtas, en las bõdas, en las cofadrias, en los mortuorios, en todos los ayuntamientos de gentes cõ ella paſſan tiempo. Si paſſa por los perros, aquello ſuena ſu ladrido: ſi eſta cerca las aues, otra coſa no cãtan: ſi cerca los ganados, balando la pregonan: ſi cerca las beſtias, rebuznãdo dizen puta vieja: las ranas de los charcos, otra coſa no ſuelen mentar: ſi va entre los herreros, aquello dizen ſus martillos: carpinteros, y armeros, herradores, caldereros, arcadores: todo officio de inſtrumẽto forma en el ayre ſu nombre. Cantan la los carpinteros, peynan la los peynadores, texedores, labradores en las huertas, en las aradas, en las viñas, en las ſegadas cõ ella paſſan el affan quotidiano: al perder en los tableros, luego ſuenan ſus loores: todas coſas que ſon hazen, adoquiera que ella eſta, el tal nombre repreſentan. O que comendador de hueuos aſſados era ſu marido! Que quieres mas? ſino que ſi vna piedra topa con otra luego ſuena, puta vieja.

Hypotypoſis.

Vbiq.

Omnibus nota.

6 Si has de ſer predicador, dende mochacho exercitate en traduzirlas en Caſtellano, y veras

muy gran prouecho para retratar vna Eſter, Iudith, Aſſuero, Salomon, vn Ioſeph, que huye de la muger de Putiphar, vnos moços paſmados cõ la taça en el ſaco de Benjamin, vna peſtilẽcia por cauſa de Dauid. Eſtas y otras muchas hiſtorias la gente comun ya de tanto oyr, las ſabe de coro, contando las tu, ellos duermen, para mouerlos, haras Hypotypoſes en cada vna dellas. Mouerles has mas deuocion, y quitar les has el ſueño. Ya vees que ſanct Chriſoſtomo haze muchas deſtas, principalmente retratãdo al paſtorcico Dauid animoſo.

7 Como y porq̃ ordẽ ſe hã de hazer, en mi Rhetorica lo hallaras al fin del primer libro de *Inuent.*

8 Aqui no quiero mas, de que decores eſtas, y las trates mucho, aſsi en Latin como en Romance: porque tratando entre Corteſanos, mucho tiempo: aunque ſeas vn groſſero, ſales tal como ellos. Tambien tratando con eſtas Hypotypoſes de los mas doctos que hoy ſe hallan, vernas à tener la miſma gracia que ellos.

9 No te de pena que el vno es Ciceroniano, el otro affectado, el otro duro, porq̃ no has de mirar aqui ſino la buena inuenciõ, y orden, cõ que dizen, todo lo que quieren, tu te lo puedes acomodar al Latin q̃ en la primera parte te enſeño.

10 Si quieres hablar de repente, ten las en la mano, q̃ por eſſo van impreſſas à parte en libro pequeño: porque no te fatiguen. La primera y ſegunda parte que ſon precepto y exercicio, dexa-

las

las en caſa. Eſta tercera lleuaras ſiempre dentro de los çahones de las calças.

11 Y como las ternas decoradas, luego que houieres de hablar, ſaca tu librito, y acuerdate, que no ſe puede offreſcer coſa de repente, que no ſea.

o triſteza	o alegria,
o riqueza	o pobreza,
o combite	o hambre,
o admiracion	o aſco,
o alablar	o vituperar.

Da de preſto vna buelta à tu librito, y con medio ojo, veras lo que has meneſter.

Allegaron los Principes de Vngria ayer à 12. de Iunio. 1571. à çaragoça, digo à mis diſcipulos: Reuolued eſſas Hypotypoſes y retratemos la entrada. No tuuieron mucho que hazer en ello. Otro dia digo: Lamẽtad la temprana muerte de don Martin de Torrellas, que han ſepultado hoy. Como las lleuã en las manos, luego ſon en el caſo, y gozan de ſu trabajo.

12 Yo querria que aun que las tengas impreſſas, las ſacaſſes de tu mano: porque aſsi hizo Demoſthenes, que traslado ocho vezes de ſu mano à Thucydides, porque aquel eſtylo ſe le hizieſſe familiar.

Si mas que eſtas deſſeas, en mi Rhetorica te auiſo donde hallaras.

¶ Vrbis captæ imago ex varijs autoribus.

Cremonæ excidium.

ibr.9. nelij citi.

QVadraginta armatorum millia irrupere. Calonum, lixarumq; amplior numerus, & in libidinem, ac ſæuitiam corruptior. Non dignitas, non ætas protegebat, quò minus ſtupra cædibus, cædes ſtupris miſcerentur. Grandæuos ſenes, exacta ætate fœminas, uiles ad prædam, in ludibrium trahebant. Vbi adulta uirgo, aut quis forma conſpicuus incidiſſet, ui manibusq; rapientium diuulſus, ipſos poſtremò direptores in mutuam perniciẽ agebat. Dum pecuniã, uel grauia auro templorum dona ſibi quiſque trahunt, maiore aliorum ui truncabantur. Quidam obuia aſpernati, uerberibus, tormentisq; dominorum abdita ſcrutari, defoſſa eruere. Faces in manibus, quas ubi prædã egeſſerant, in uacuas domos, & inania templa per laſciuiã iaculabantur. Vtq; exercitu uario linguis, moribus, cui ciues, ſocij, externi intereſſent, diuerſæ cupidines, & aliud cuiq; fas, nec quicquam illicitum. Per quatriduum Cremona ſuffecit, cùm omnia ſacra, profanaq; in igne conſiderent. Solum Mephitis templum ſtetit ante mœnia, loco ſeu numine defenſum. Hic exitus Cremonam habuit anno CCLXXXVI. à primordio ſui. Condita erat T. Sempronio, & P. Cornelio Cõſulibus, ingruente in Italiam Hannibale, propugnaculum aduerſus Gallos trans Padum agentes, & ſi qua alia uis per Alpes rueret. Igitur numero colonorum, opportunitate fluminum, ubere agri annexu, connubysq; gentium adoleuit floruitq;, bellis externis intacta, ciuilibus infelix.

Thebas

Thebas expugnatas ſic deſcribit Aeſchines in Cteſiphontem.

Nolite per Iouem alioſq; deos immortales, quæſo uos Athenienſes, nolite trophæum de uobis ipſis ſtatuere in Liberi patris ſcena; nec populũ Athenienſem in conſpectu Græcorũ dementia condemnare, neque calamitoſis miſeriſq; Thebanis commemorare grauiſſima mala, quos iſtius ſcelere fuſos & fugatos in urbem ueſtram recepiſtis; quorum fana, liberos, ſepulchra, Demoſthenis nundinatio, & regium aurum afflixit ac perdidit. Verùm quandoquidẽ corporibus præſto non fuiſtis, ſaltem animis adeſte, & cogitationibus calamitates eorum contemplamini. Fingite uos uidere urbem capi, muros ſuffodi, ac funditùs euerti, domos incendi, mulieres & pueros in ſeruitutem abduci: ſenes & anus libertatem ſerò dediſcentes, plorantes, uobis ſupplicantes, iraſcentes non ijs, qui tã crudeles ab ipſis pœnas expetiuerunt: ſed, ijs, quorum opera, & culpa in has miſerias inciderunt.

Thebas [ex]pugnatas ſic deſcrib[it] Aeſchine[s]

Apparebant effuſæ per domos ac tecta flammæ, & ruentium tectorum fragor, & ex diuerſis clamoribus unus quidam ſonus, aliorum fuga incerta, alij in extremo complexu ſuorum cohærentes, & infantium fœminarumq; ploratus, & malè uſq; in illum diem ſeruati fato ſenes, tum illa profanorum ſacrorumq; direptio, efferentium prædas repetentiumq; diſcurſus: & acti ante ſuum quiſq; prædonem catenati, & conata retinere infantem ſuum mater, & ſicubi maius lucrum erat pugna inter uictores.

Quintili[anus] nicodex [...] parebũt [...] bet, ſed n[...] ex præce[...] to exemp[...] cõfecimu[s]

Cornifi li. 4. ad ...renniũ. O feros animos, ô crudeles cogitationes, ô derelictos ab humanitate homines, qui agere auſi ſunt, aut qui cogitare potuerunt, quo pacto hoſtes reuulſis maiorum ſepulchris, deiectis mœnibus ouantes irruerent in ciuitatem: quomodo Deûm templis ſpoliatis, optimatibus trucidatis, alijs abreptis in ſeruitutem, uirginibus, matribusfamiliâs, ingenuis pueris ſub hoſtilē libidinem ſubiectis, urbs acerbißimo concidat incendio conflagrata.

oratio Cæſaris ...ud Salu...m. Plerique eorum, qui ante me ſententias dixerũt, compoſitè, ac magnificè caſum Reipub. miſerati ſunt, quæ belli ſæuitia eſſet, quæ uictis acciderent, enumerauere: rapi uirgines, pueros: diuelli liberos à complexu parẽtum, matres familiarum pati, quæ uictoribus collibuiſſent: fana atque domos ſpoliari, cædem, incendia fieri: poſtremò armis, cadaueribus, cruore, atque luctu omnia compleri.

libr. 4. ...rnificij. Nam neminem ueſtrûm fugit, Quirites, capta urbe quæ miſeriæ conſequi ſoleant. arma qui contra tulerunt, ſtatim crudeliſsimè trucidantur: cæteri qui poſſunt per ætatem & uires laborem ferre, rapiuntur in ſeruitutem; qui non poſſunt, uita priuantur. uno denique atque eodem tempore domus hoſtili flagrant incendio, quos natura, aut uolũtas neceßitudine, aut beneuolentia coninnxit, diſtrahuntur: liberi partim à gremijs parentum deripiuntur, partim in ſinu iugulantur, partim ante pedes conſtrupantur: nemo, iudices, eſt, qui poßit ſatis rem conſequi uerbis, nec referre oratione magnitudinem calamitatis.

Simetha

¶ *Simetha Daphnidis amore capta eiuſque aſpectu perturbata loquitur.*

TOta quidem niue frigidior effecta ſum, ex fronte ſudor multus manabat, roris auſtralis inſtar. Neque quicquam eloqui, immò ne uocē quidem mittere poteram, ne tantam quidem quātam pueri dormientes ad matrem optatā quaſi ganniētes, edere ſolent. Sed obrigui toto corpore & cōgelaui ut glacies.

Stratonica autē, hæc erat Antiochi nouerca, quā ille amabat, & ſola, & cum Seleuco ſæpe ad Antiochum eunte, exiſtebant in eo omnia illa, quæ Sappho ponit, amoris indicia: Vocis compreßio. Plutarch. in Demet. uita.

& hæſitantia linguæ Rubor igneus
Oculi in terram defixi. Sudores acres ac celeres
Inæqualitas ac perturbatio in pulſibus.
Ad extremum animo oppreſſo & ſubcumbente.
Conſilij inopia & ſtupor
& pallor.

¶ *Hypotypoſis qua nauis Cleopatræ à Plutarcho depingitur.*

ITaq; multis donis paratis, eoq; ornatu, qualem ex magis opibus, & beato regno adferri erat conſentaneum, plurimū autem ſpei in ſeipſa, ſuisq; illecebris & præſtigijs poſitum habens acceßit: multisq; ab ipſo & amicis eius litteris acceptis, quibus euocabatur, adeo Antonium ludibrio, riſuiq; habuit, ut Cydno amne ſubueheretur Lēbo, cuius aurea puppis erat uelis paßis purpureis, remis argēteis, qui ad tibiarum, Fluuius Ciciliæ ius aqu

dagra labo rātibus uti liſſima.

De piſaros, flautas, y harpas.

Las Nymphas de la mar y las tres gracias.

biarum, fiſtularum, cithararumq; ſonum conciune agerentur. Ipſa ſub aurato recumbebat conopêo, eo modo ornata, quo Venus pingitur, & utrinq; pueri Amoribus, quales pinguntur ſimiles abſtabant, uentulum facientes: ancillæ pulchritudine præſtantes Nereidum & Charitum habitu ad rudentes ac gubernacula ſedebant: odoramēta uaria miræ ſuauitatis fragrantiam ad ripam exhalabāt. Hominū autem multitudo partim ſecundum utranq; ripam comitabantur, partim ex urbe ad ſpectaculum confluebant: ita ut effuſa eò omni à foro turba, ſolus Antonius pro tribunali ſedens relinqueretur. Rumor autem paſſim increbuerat, bona Aſiæ fortuna Venerem ad Liberū comeſſatum uenire. Miſit Antonius qui eam ad cœnam uocarent: ſed ipſa petebat, ut ad ſe potius ille ueniret: & Antonius ut ſe facilē iam tum, amicumq; oſtenderet, morem geſſit.

Deſcriptio conuiuij ex Dionyſii hiſtoria lib. 5. Tuſculan.

NAm cùm quidam ex eius aſſentatoribus Damocles commemoraret in ſermone copias eius, opes, maieſtatem dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam ædium Regiarum, negaretq; unquā beatiorem quenquam fuiſſe: Vis ne igitur, inquit, ô Damocle, quoniam hæc te uita delectat, ipſe eandem deguſtare, & fortunam experiri meam? cùm ſe ille cupere dixiſſet: collocari iuſſit hominem in aureo lecto, ſtrato pulcherrimo textili ſtragulo, magnificis operibus picto: abacosq; complures ornauit argento, au-

roq;

roq; cælato. Tũ ad menſam eximia forma pueros delectos iuſsit conſiſtere, eosq; ad nutũ illius intuenteis diligenter miniſtrare. Aderant unguenta, coronæ: incendebãtur odores: menſæ conquiſitiſsimis epulis extruebantur. Fortunatus ſibi Damocles uidebatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari ſeta equina appenſum demitti iuſsit; ut impendêret illius beati ceruicibus. Itaque nec pulchros illos administratores aſpiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in menſam: iam ipſæ defluebant coronæ: denique exorauit tyrannum, ut abire liceret, quòd iam beatus nollet eſſe. Satisne uidetur declaraſſe Dionyſius nihil eſſe ei beatũ, cui ſemper aliquis terror impendeat?

Ingreſſus principis in vrbem ex Panegyrico Plinij.

QVi dies ille, quo expectatus, deſyderatusq; urbem tuam ingreſſus es, quàm mirum, lætumq;! nam priores inuehi & importari ſolebant, non dico quadriiugo curru, & albẽtibus equis: ſed humeris hominũ, quòd arrogantius erat. Tu ſola corporis proceritate elatior alijs, & excelſior, non de potentia noſtra quendam triumphum, ſed de ſuperbia Principũ egiſti. Ergo non ætas quenquam, non ualetudo, nõ ſexus retardauit, quò minus oculos inſolito ſpectaculo impleret. Te paruuli noſcere, oſtentare iuuenes, mirari ſenes, ægri quoque neglecto medentium imperio, ad conſpectum tui, quaſi ad ſalutem, ſanitatemq; prorepere. Inde alij ſe ſatis uixiſſe, te uiſo, te recepto; alij

nec magis eſſe uiuendum prædicabant. Fœminas etiã tunc fœcunditatis ſuæ maxima uoluptas ſubijt, cùm cernerent, cui Principi ciues, cui Imperatori milites peperiſſent. Videres referta tecta, ac laborantia, ac ne eum quidem uacantem locum, qui non niſi ſuſpenſum, & inſtabile ueſtigium caperet: oppletas undique uias, anguſtumq; tramitem relictum tibi, alacrẽ hinc atq; inde populum, ubiq; par gaudium, paremq; clamorem, tam æqualis ab omnibus ex aduentu lætitia præcepta eſt, quàm omnibus ueniſti: quæ tamen ipſa cum ingreſſu tuo creuit, ac propè in ſingulos gradus adaucta eſt. Gratũ erat cunctis, quòd Senatum oſculo exciperes, ut dimiſſus oſculo fueras: gratum, quòd equeſtris ordinis decora honore nominum ſine monitore ſignares: gratum, quòd tantum ultrò clientibus ſalutatis quaſdam familiaritatis notas adderes: gratius tamen, quòd ſenſim, & placidè, & quantũ reſpectantium turba pateretur, incederes, quòd obcurſantium populus te quoque, te imò maximè adſtaret, quòd primo ſtatim die latus tuum crederes omnibus: neque enim ſtipatus ſatellitum manu, ſed circunfuſus undique, nunc Senatus, nunc equeſtris ordinis flore, prout alterutrum frequentiæ genus inualuiſſet, ſilentes, quietosq; lictores tuos ſubſequebare.

¶ Ingreſſus Philippi ab Eraſmo deſcriptus 1504. die feſto Epiphaniæ.

OMnis ætas, ſexus, ordo ad tuum conſpectum effuſiſſimo gaudio correptus, imò magis extra ſe raptus eſt. Neminem omnino neque ætatis imbecilli-

tas,neq; cura rei familiaris,neq; pudor,neque ualetudo domi potuit alligare, quò minus oculos ſuos tam expectati Principis expleret ſpectaculo. Procurrunt pueri, proſiliunt adoleſcentes, effundunt ſe iuuenes, promoliuntur ſenes, prorepunt iam morbum obliti ægroti, prodeunt innuptæ uirgines, confluunt nuptæ,accelerant anus,pendent alij de tegulis,hærent alij muris, alij ſummis marcerijs inſident, nullæ feneſtræ nõ uiris ac mulieribus differtæ,ipſa cœnacula,tectaq; pondere boninum laborare uidentur, nullus locus nõ occupatus,ac ne is quidem uocat, qui uix etiam ſuſpẽſum & inſtabile capit ueſtigium. Neque ſecius interea denſiſſimis turbarum undis opplentur, quacunq; ingrederis,uiæ: ac tibi, circunfundentibus undiq; ſeſe promiſcuæ multitudini fluctibus,uix trames anguſtus relinquitur. Feruntur omnes gaudio, uelut obliti ſui, nemo ordinis, nemo decori meminit. Tantùm oculis, ore, toto denique corpore in tui ſpectaculum inhiant auidi,in te unum hærẽt defixi. Hi gaudent noſcitare, alij concupiſcunt Principis ſui figuram diſcere: ſubdubitant etiam nonnulli,uixq; ſuis gaudijs audent fidere. Gratulantur,applaudunt, felicem te, felices ſe clamitant omnes.Omnes ſupinis manibus gratias agunt immortali Deo. &c.

¶ Ingreſſus Principis ex lib. 27. Pauli Iouij.

Excipitur ergo triumphali pompa ſummis honoribus, incredibili omnium lætitia, ipſe paludatus, & militaribus armis una dempta galea undiq; protectus. Armado de todas armas, ſaluo del yelmo.

protectus, albo inſigni equo, regio ſumpu phalerato, à Mutinenſi *porta in forum prouehitur.* Præceſſerāt *quaterna uexilla, cũ leuis,tum grauis armaturæ* Bel*garum equitum, ſagulis,criſtis,& colorum uarietate ita inter ſe diſtinctis turmis,ut quorum ducum eſſent, ab ipſo inſignium & ueſtitus argumento facilè noſcerentur.* Succeſsit *inde peditatus toties uictor non tam opimis hoſtium ſpolijs exornatus,quàm armorum fulgore,ac aſpectus feritate terribilis, ad trucem tympanorum ſonitum,& graues tibiarum modulos, gradu ſuperbe compoſito, ſub ſignis introductus.* Quadratā *umbellam auro purpuraq; diſtinctam gymnaſiarchæ, & celeberrimi bonarum artium profeſſores in togis ſericis præferebant.* Latus Cæſaris *à decora* Bononiẽ*ſium iuuẽtute,non cuſtodiæ,ſed honoris cauſa cingebatur.* Prætor *urbanus, & decuriones cum uexillifero,& è quadragintauirali magiſtratu, primoribusq; patritijs ſplendidiſsimi ſuccedebant.* Conſtitit *in medio foro* Antonius Leua *æger pedibus, ſed uiuacibus oculis pugnaciſsimi ducis habitum præ ſe ferens,ac ut magis ob recentem bellicæ conſtantiæ,& rerum geſtarum gloriam,omnium oculis offerretur in ſublimi ſella geſtatus. hinc ueterana* Germanorum *legione, illinc* Hiſpanorum *cohortibus ita prædenſa acie directis,aut obuerſis & tormẽtis in frontẽ collocatis : ut exercitus concurſurus eſſe uideretur.* Erāt *iuxta* Cæ*ſarẽ illuſtres reguli auro in lacinijs, uel ſolido bracteato,uel acu pingente inducto,uel ad luxuriem conciſo. Itemq; exquiſitis armorum & equorum ornamentis maximè ſuperbi : Secundum eos prælata eſt* Romana

aquila

Quatro eſtã dartes đ cauallos ligeros y hombres de armas Flamẽcos.

Armas y librea.

Tras ellos entro aquella īfanteria

Entro en ordenança.

El palio de brocado, y carmeſi.

Lleuauã veſtidos de ropas largas de ſeda.

Corregidor y alferez.

Los quarẽta Ordenança cõ el artilleria delante como ſi huuieſſen de pelear.

Cõ riquiſsimas ſobreueſtas đ brocado, o acuchilladas galanamente, labradas cõ muchas labores.

aquila aureo in uexillo picta, ac item cādidum aliud uexillum purpurea cruce diſtinctum, ſub quibus totius auleæ familia, ex flore gentium omnium delecta, & nobiliſſimi Hiſpaniæ ſacrati religione æquites Cæſaris ueſtigia ſequebantur. Prætorianus miles cuſtodiæ corporis aſſuetus diuerſus ſub ſignis, Hiſpanus ſcilicet, Belga, Germanus, in croceis ſagis agmen extremum clauſit, quicquid infero ſpatij reliquum fuerat occupauit. Erat erectus in Petroniani templi ueſtibulo peramplus ligneus ſuggeſtus periſtromatis, & auleis ad loci dignitatem, undique protectus, in quo Cardinales & Epiſcopi, cæteriq; minores ſacerdotes purpurati, ſuo quiſque ordine conſederant. In medio autem prææalta in ſede mitratus Pontifex Cæſarem expectabat. ille itaque. Luego yua el aguila labrada en eſtādarte de brocado. Los Comēdadores. La guarda del Empera dor d̄ librea amarilla. Cadahalſo. *Perlados menores.*

¶*Hypotypoſis qua aurea corona donatus Carolus à Paulo Iouio depingitur.*

ADuenit demū dies maioris aureæ coronæ, pompæ deſtinatus, & is quidem, quum noctu pluuiſſet, ſuperis mirè fauentibus, incredibili ſerenitate perſpicuus. Ante alia Pontifex uniuerſo Cardinalium, & Epiſcoporum ordine in mitris, & pluuialibus ſacris pallijs: cæteris uerò ſacerdotibus in coccinea ueſte, per pontē ſolenni pompa traductis in prææalta ſede geſtatur, & comitantibus Prætorianis ſub umbella templum ingreditur. Iam in forū Antonius Leua pedeſtres copias adduxerat, & obuerſis in omnes aditus maioribus tormentis, & ſignis in medio conſtitutis, cuncta loco perpetua militū ſtatione firmauerat. Y Roquetes.

mauerat. Interim è lacubus, qui in ſummo prætorianæ porticus fornice fuerant fabrefacti, per Siphones rubra, & alba uina fundebantur, panes ab alto in ſubiectos milites ſpargebantur, horrebaturq́; in machina uerſatili bos integer, ingens, hædis, ueruecibus, ac omni ferè uolucrum genere fartiſſimus, ut in tanta feſta hilaritate milites ſub armis in acie ſtantes, ad manum paratis obſonijs cum iucunditate ueſcerentur. Nunquam ab ulla memoria, uel ad celeberrimi triumphi, uel ad inauditi ſpectaculi famam, maior atque nobilior mortalium inſignium, numerus in unam urbem confluxit. Erãt adeò plena loca omnia quæ foro imminebant, ut multi in alto ſuſpenſis & pendentibus ſpeculis, alij in ædium proiecturis, & periculoſiſſimis locis cum aliorum admiratione proſpicerent. Ipſa porrò domorum tecta pueris & fœminis in ea mira cupiditate ſcandentibus, tantæ multitudinis pondere fatiſcebant. Fuere etiam erecta inter columnas templi ad theatrorum imaginem, podiagradibus excelſa ſuperædificatis quoque ſuggeſtibus, unde illuſtres matronæ ſuſpicerentur, & cuncta ipſæ pariter iucundiſſimè deſpectarent. Iam Pontifex ſacratas & clamydes induerat, & ſacra ſolemnia excultis altaribus parabantur, quum Cæſar ſub umbella cum ornatiſſimo procerum comitatu ad templi ueſtibulum peruenit, ita ut uix eo paucis paſſibus prætereucto, tabulata pontis, prægrauante prætorianorum turba frangerentur.

Techũbre del zaguan de palacio, que le traya al derredor.

Que eſtauan armados.

Sobre garitas pẽſiles. otros eſtauan en Baleones que ſalian delas caſas.

Armarõſe cadahalſos

En eſto el Papa ſe hauia veſtido de põtifical

Las tablas de la puẽte ſe hizieron pedaços cõ el grã peſo de la guarda.

Hypoty-

Hypotypoſis Pauli Iouij, qua exercitus deſcribitur.

ANtecedebat Vaſtius cum pedeſtri fraxineo cõto, auratis armis, & ſua inſigni proceritate cõſpicuus. Is denſando, & celeriter explicando cohortes, ad uarias acierum effigies, quanta arte ſuperioribus bellis pugnatum eſſet edocebat. Sequenti die Cæſar Germanos inuiſit, ferina pelle contectus, ut uel ea militari comitate quale eſſet erga eos ſtudium, uſurpato gentis habitu teſtaretur. Tum Federicus Palatinus, uirtute animi, atq; oris habitu antiquis Germanorum ducibus, qui quondã Romana arma exercuere, perſimilis, iuxta peditum phalanges diſploſis miro ordine tormentis, quadrata equitum agmina traduxit. Vbi uidere erat prægrandes equos ferreis bardis protectos, ingentia uirorum corpora longè pulcherrimis munita armis, omnibus intortæ & rutilãtes barbæ, atq; ora bellicum uigorem ſpirantia, quales antiqui Teuthones Cymbriq; fuiſſent, ex literarum memoria, referebãt. Neq; enim gregarios equites, tot reguli, totq; liberæ ciuitates, ſed maximè generoſos, aut fortibus factis illuſtres, dum certatim ſtudio atque opibus excellere cuperent, ad id bellum miſerant: nam quicquid in Germanico nomine, aut exquiſiti roboris, aut delecti floris fuit, à Viſtula amne ad Renum tam latè quã litora lambit. Oceanus, & Rhæticis Iulijſq; alpibus, ac Hercynia ſylua concluditur: id totũ aut iuſſu Principũ nomina dederant, aut ſpõtè conſcriptis adhæſerat, quãdo nihil tale unquã à maiorũ

Con vna larga pica.
Cerrando y abriendo.
Veſtido de vn coleto.

Batallones de la infanteria.
Hizo paſſar en quadra.
Encubertados con laminas de hierro.
Comanes.
Barbas ruuias encreſpadas, ẽ que moſtrauan valor đ guerra.
Se eſtiende la ribera đl mar,
Alpes delos Griſones y del Friuli.

ſuo-

ſuorum, uel annalium recordatione contigiſſet, ut cõſenſu uno Germania omnis pro publica ſalute, ac dignitate arma capere cogeretur, præſertim aduerſus eas gentes, quæ ab ultimis Aſiæ, Siriaq́;, & Aegypti finibus ueniſſent, ut Germanos Romanorum armis indomitos, & ueteræ militiæ gloria, & præſenti libertate ſpoliarent: quibus maximè rebus ſupra cæteras gentes, omnibus ſæculis abſque ulla dubitatione floruiſſent. Longum eſſet reliquas gentes, aut nationes depingere, hoc unum addam, nunquam ab ulla memoria tantum inſignium ducum, lectorumue militũ ullis in caſtris coiuiſſe, ſi ſingularum gentium nobilitatem ac famam aſſiduis quæſitam bellis, & priuatæ uirtutis decora, animo reputemus. Nam cobortes ferè integræ ex his conſtabant, qui paulò antè Centuriones ſigniferiq́; fuiſſent, & turmæ referta erant ueteribus præfectis, aut ijs qui egregiè pugnando, & præclarũ nomen & militaria dona, torques aureos, & aurata calcaria meruiſſent.

Eſcogidos ſoldados.

Valor y hõra.

Ganado y mereſcido.

Hypotypoſis lugentis amicum ſtudioſum vita functum.

PLura hic uolebam Carmina,
Tanquam mei ſolamina
Mœroris huius, fundere:
Sed hic recrudeſcens meus
Me rurſus inuadit dolor,
Me lachrymarum denuo
Vis opprimit. Miſer, miſer,
Quid agam miſer! quid! quod ſolet

Philomela

Philomela noctes ac dies,
Raptos ſibi fœtus quærens.
Quid agam miſer? quid? quod ſolet
Suo orba turtur compare.
Quid agam miſer? quid? quod ſolet
Mori ſe ſentiens olor. **El Ciſne.**
Germanus ille Brixius,
Orator ille maximus,
Poëtaq; idem maximus,
Me neſciente, me procul
Agente, uiuos deſijt
Eſſe inter, & cæleſtia
Seſe recipit ad loca,
Vbi nunc Eraſmo *amiculo*
Confabulatur cum ſuo:
Cumq; inclyto illo præſule
Heroe Graio, *cui fuit*
Cognomen ore ab aureo.
Sed hinc abire me ſine
Non debuiſti, Me ſine
Brixi, *tuo, qui te ſine*
Hic eſſe non poſſum diu.
Saltem mihi prædiceres
Te uelle abire: ſic mihi
Prædiceres uerbis tribus,
Abire tempus, Borboni:
Memet paraſſem, nunc forem.
Ad te ſequendum alacrior:
Nec eſſet hic tantus dolor,
Nec lachrymarum tanta uis

El bienaventurado ſ[...] Chryſoſt[...]mo: cuy[...] obras tr[...]duxo eſte Germano Brixio, *y murio a[...]* 1538.

Nec tanta comploratio:
At quando ſic uiſum Deo eſt,
Nobis ut anteuerteres,
Reliquum eſt, ut ipſe me parem
Quamprimum, amice, ut te ſequar:
Me, quod potes, uotis iuua.
Nam quot dies hic uictito,
Toties oportet me mori:
Tam ſunt iniqua hæc tempora,
Tam ſecla ſunt hæc ferrea
O ter beatos, & quater,
Qui in Chriſto Ieſu dormiunt.

¶ *Peregrinationis incommoda quibus ſtudioſi perturbantur ſic deſcribit Lambinus. lib. 3. pag. 434. Epiſt. Clarorum virorum.*

PRæclarum eſſe, dices, multorum hominum urbes uidiſſe, moresq; cognouiſſe. Præclarum: ſed primùm laborioſum: deinde à meis moribus alienum, meis ſtudijs maximè aduerſarium, meo deniq; uiuendi inſtituto, conſilioq; ſuſcepto inutile. Litteræ quietem ociumq; deſiderant: librorum copia accedat oportet: poſtremò, quoniam humanus animus aßiduam lectionem, ſcriptionem, cõmentationem, contentionem ferre non poteſt: Rurſus autem expedit ei homini, qui in litteris progreßionem aliquam facere cupiat, luſus liberaleis, & cùm litteris conſentaneos adhibere, ne quod lectione, & ſeria cogitatione partum fuerit, remißione animi, & luſione nimium à litteris abhorrẽte labefactetur, & corrumpatur: conuenit eum habere ſtu-

re ſtudiorum ſocios, moribus & uoluntatibus congruentes, quibuscum interdum de litteris ſermonem conferat, interdum iocetur; & rideat. Has facultates mihi tam longa peregrinatio, tam uaria, tam incerta, tam inconſtans inuidit. Nam, obſecro te, qui locus quieti relictus eſt in uita tam, ut ita dicam, motoria, & turbulenta? Librorum autem ſupellectilem ſi quis in tali uita, quoquò eat, ſemper ſecum ferre uelit, ducenda uehicula, conducendi muliones, muli paſcendi: quod ſine magno ſumptu, magnaq; iactura fieri nō poteſt, ut omittam, quòd alia ſunt impedimenta circumagenda, magis neceſſaria: ea dico, quæ ad curā ualetudinis pertinent, quæq; ad cultum, corporis cōparata ſunt. Iam uerò de ſtudiorum ſocijs, qui poteſt ibi quicquam ex animi ſententia procedere, ubi quotidie diuerſorium mutandum eſt: nouæ ſi non ſingulis diebus, at ſingulis menſibus terrarum partes, & regiones petendæ: nouæ urbes adeundæ, noui homines uidendi? Hæc igitur mea per annos ferè duodecim uita fuit. In Italiam ex Gallia bis profectus ſum cum Cardinali: toties cum eodem in Galliam ex Italia redij, ſemel pedibus; iterum nauibus. Prætermitto quoties nos Roma Venetias: quoties Vēteijs Romā uel Pōt. Max. uel rex trāſtulerit. Quē Latij, aut Etruriæ, aut Vmbriæ, aut Galliæ tranſalpinæ angulum non peragrauimus? Quoties mari Tyrrheno, quoties Adriatico nauigauimus? quoties Tiberi, quoties Pado? ſed quid de Italia loquor? In noſtra Gallia licuit ne unquam menſem unum ſtabile domicilium certo in loco collocare? Quaſi uerò cuique ſit in cognita

Campaña de Roma

Ducado d Eſpoleto.

principium noſtrorum conſuetudo: qui Getarum, & Scytharum, ne dicam Hamaxobiorum in morem, huc & illuc cum infinita iumentorum, carrorum, pilentorum, petorritorum, & huiuſmodi uehiculorum, multitudine in nouas quotidie Galliæ ſedes, & partes commigrant.

¶ *Ex Iuuenalis Satyra. 10. deſcriptio ſenectutis, qua vota longæ vitæ reprehendit.*

DA ſpatium uitæ, multos da Iupiter annos
Hoc recto uultu ſolùm hoc & pallidus optat.
Sed quàm continuis & quantis longa ſenectus
Plena malis: deformem, & tetrũ ante omnia uultum,
Diſſimilemq́; ſui, deformem pro cute pellem,
Pendentesq́; genas, & tales aſpice rugas,
Quales umbriferos ubi pandit tabraca ſaltus,
In uetula ſcalpit iam mater ſimia bucca.
Plurima ſunt iuuenum diſcrimina, pulchrior ille
Hoc, atque ille alio, multum hic robuſtior illo,
Vna ſenum facies, cum uoce trementia labra.
Et iam leue caput, madidiq́; infantia naſi.
Frangendus miſero gingiua panis inermi,
Vſque adeo grauis uxori, natiq́; ſibiq́;.
Vt captatori moueat faſtidia Coſſo.
Non eadem uini, atque cibi torpente palato.
Gaudia. &c.

Leue caput i. caluum.

Scholia.

Tabraca es en aquella parte de Africa, o Berneria, donde ſe crian muchos ximios, o monas. *Tetrum uultum*, Los viejos negros ſe paran con

la edad

la edad leeras los Problemas de Ariſtoteles.

Infantia naſi, Señal de la ſuziedad de la moquita de los niños.

Captatori Coſſo, El que halaga los viejos que no tienen hijos por hazerſe ſu heredero.

Ex Cicerone pro Cluentio volum.2.

ECce autem ſubitum diuortium, quod ſolatiũ malorum omnium fore uidebatur. Diſcedit à Melino Cluentia, *ut in tantis iniurijs, non inuita: ut à uiro, non libenter. Tum uerò illa egregia, ac præclara mater palàm exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit, uictrix filia non libidinis. Itaque diutius ſuſpitionibus obſcuris lædi famam ſuam noluit: lectũ illum genialem, quem biennio ante filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat; in eodem domo ſibi ornari, & ſterni, expulſa atque exturbata filia, iubet.* Nubit genero ſocrus, *nullis auſpicibus, nullis autoribus, funeſtis omnibus omnium. O mulieris ſcelus incredibile, & præter hanc unam in omni uita inauditum: ô libidinem effrenatam, & indomitam: ô audaciam ſingularem: nõ timuiſſe, ſi minus uim deorum, hominumq; famam, at illam ipſam noctem, faceſq; illas nuptiales? non limen cubiculi, non cubicule filiæ? non parietes denique ipſos ſuperiorum teſtes nuptiarum? perfregit, ac proſtrauit omnia cupiditate ac furore: uicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Tulit hoc commune dedecus iam familiæ, cognationis nominis grauiter filius. Augebatur autem eius moleſtia quotidianis querimonijs, & aßiduo fletu ſororis. Statuit*

fuit tamen nihil ſibi in tantis iniurijs, ac tanto ſcelere matris grauius faciendum, quàm ut illa matre ne uteretur; ne, quam uidere ſine ſummo animi dolore nō poterat, ea ſi matre uteretur, non ſolùm uidere, ſed etiam probare ſuo iudicio putaretur.

¶ *Hypotypoſis, in qua ſtudioſi ſolitudo & affectus perturbati deſcribuntur.*

INambulabam tum fortè hora diei decima ſub dio, quà denſiſſimis diffuſæ ramis arbores locum ab arbitris remotum, ac liberum opacabant. Comes erat nullus, præter unum libellum, quem mecum tulerā, ut ſi fortè deficeret me, quod inter ambulandum animo agitarem, lectiūcula me oblectarem. Aliquot iam ſpatia confeceram, neſcio quid meditans nugarum, totus in illis, cum puer currens nunciat mihi, Pontificem Veſontionenſem ueniſſe: quendam eſſe ex eius comitibus, qui me ſalutare, & conuenire uellet; Quòd ſi in cubiculo meo fuiſſem, ultrò ad me uenturum fuiſſe. Quibus auditis puerum ad eum præcurrere iubeo, eiq; renunciare, me in propinquo ſaltu ambulare, & mox affuturum. Itaque præmiſſum puerum è ueſtigio conſecutus ſum. Coſinus autem, ſimulatq; audiuit de meo, ubi eſſem properanti mihi uenit ipſi quoque cupidè obuiam. Cum in congreſſum ueniſſemus poſt illa, quæ ἐν τῇ ἀπαντήσει dici ſolent: primùm multa ille de me, more hoc inſulſo, in os, & coram qua ego (noſti enim me πρὸς πᾶσαν κολακίαν ἀλλοκότως καὶ ἀντὶ τοῦ πὸν ὄντα) perinuitus, & penè dicam, recalcitrans audiui: deinde non pauca de Ge-

nua, Robortello, Fallopio, & cæteris. De te percunctans tandem & ῥήξας φωνήν (longum enim erat de alijs dicenti aures tam patientes, & faciles præbere: de te autem ab eo, recens qui Patauio ueniret, nihil audire: Sed Muretus noſter (inquam) quid agit? ut ualet? nihil ne noui ſcribit, quod alios delectet, ipſum laudibus æternis illuſtret?

¶ *Rabulæ paupertatem hac Hypotypoſi depingit Martialis.*

SAturnalia diuitem Sabellum
Fecerunt meritò tumet Sabellus,
Nec quenquam putat eſſe, prædicatq;
Inter cauſidicos beatiorem,
Hos fastus, animoſq; dat Sabello
Farris ſemodius, fabæq; freſſæ,
Et thuris, piperisq; tres ſelibræ:
Et Lucanica uentre cum faliſco:
Et nigri Syra de fruti lagena,
Et ficus libycæ gelata teſta
Cum bulbis, cocleisq;, caſeoq;
Piceno, quoq; uenit à cliente
Parcæ ciſtula non capax oliuæ;
Et craſſo figuli polita cæno
Septenaria Syntheſis Sagunti,
Hiſpanæ Luteum rotæ toreuma,
Et lato uariata mappa clauo;
Saturnalia fructuoſiora.
Annis non habuit decem Sabellus.

Dona miſſa in ſatur-nalibus.
Ditiorem.
Dimidius modius.
Libra y me-dia.
Lege Plinium.
Bulbus, ajo marino, o cebolla eſcalueña.
Que cabia ſiete onças.

Syntheſis ueſtis ſaturnalia, & uas uilioris materiæ

Toreuma, Vaſo eſculpido, o torneado.

Horti amœni deſcriptio ex ciceronis lib. 3. officiorum. pag. 121.

*CAius Cannius eques Romanus, homo nec infacetus, & ſatis litteratus, cum ſe Syracuſas otiãdi cauſa, non negotiandi, ut ipſe dicere ſolebat, contuliſſet, dictabat ſe hortulos aliquot uelle emere, quò inuitare amicos, & ubi ſe oblectare ſine interpellatoribus poſſet. Quod cum per crebuiſſet, Pythius ei quidam, qui argentariam faceret Syracuſis, dixit, uenales quidem ſe hortos nõ habere, ſed licere uti Cannio, ſi uellet, ut ſuis: & ſimul ad cœnam hominem in hortos inuitauit in poſterum diem. Cùm ille promiſiſſet, tum Pythius, qui eſſet, ut argentarius, apud omnes ordines gratioſus, piſcatores ad ſe cõuocauit, & ab his petiuit, ut ante ſuos hortulos poſtera die piſcarentur: dixitq́; quid eos facere uellet. Ad cœnam tempore uenit Cannius: opiparè à Pythio paratum conuiuium. Cymbarum ante hortulos multitudo. Pro ſe quiſque, quod cœperant, afferebat: ante pedes Pythij, piſces abijciebantur. Tum Cannius, quæſo inquit, quid eſt hoc Pythi? tantum ne piſciũ, tantumne cymbarum? Et ille. Quid mirum? inquit: hoc loco eſt, Syracuſis quicquid eſt piſcium: *hic aquatio: hac uilla iſti carere non poſſunt. Incenſus Cannius cupiditate, contendit à Pythio, ut uenderet. Grauatè ille primò. Quid multa? inpetrat. Emit homo cupidus,*

...ue era cã ...ador.

Todos ...iene aqui ...pr agua.

*duꝰ, & locuples tanti, quanti Pythius uoluit: & emit *inſtructos. Nomina facit, negociū conficit. Inuitat Cannius poſtridie familiares ſuos. Venit ipſe mature. *Scalmum nullū uidet. Quærit ex proximo uicino, num feriæ quædam piſcatorum eſſent, quod eos nullos uideret. Nullæ, quod ſciam, inquit ille, ſed hic piſcari nulli ſolēt: itaque heri mirabar, quid accidiſſet, Stomachari Cannius. ſed quid faceret.*

* Inſtructos. i. cū omni in inſtrumēto et apparatu. Con todos los adreços de peſcar.

Facit nomina Obliga ſe por ſu albaran à pagar.

* Ni barca, ni ſeñal della.

¶ *Eponninæ vxoris Iulij Sabini ſpelunca, fides, & conſtantia ex Cornelio Tacito & P. Victorio.*

Regnante Veſpaſiano Iulius Tutor, qui Gallicæ defectionis autor fuit, & alios multos ſocios eius conſilij habuit, & Iulium Sabinum adoleſcentem ſummo loco natum, & diuitijs gloriaq; ſupra cæteros mortales abūdantem. Cùm uerò rem magnam tentaſſent, fine ſuo exciderunt. Videntes autem ſe pœnas cito daturos, partim ſibi manus attulerunt: nonnulli uerò, qui fugæ ſe dederant capti ſunt. Sabino cæteræ res, ad id conſiliū idoneæ facultatem dabant eripiendi ſe Romanis, & ad barbaros confugiēdi. Vxorem tantùm, quàm duxerat, omnium mulierum optimam, neque ſibi imperare poterat, ut relinqueret: neq; in longinquas terras ſecum aſportare facile erat. Cùm igitur in agro haberet ſpecus condendis pecunijs ſub terra extructas, quas duo ſoli liberti cognitas habebant, reliqua omni familia à ſe remota: ut ueneno ſibi mortem allaturus duobus tātùm fidis aſſumptis, in ſubterranea illa loca deſcendit: miſitq; Martalium

libertum ad uxorem, qui nuntiaret ipſum medicamentis interemptum: incenſa uilla, ut corpus illic crematum crederetur: uolebat enim uero luctu uxoris lamentationeq; uti ad confirmandam famam de morte ſua, quod contigit: illa enim proiecto humi corpore cum gemitu, & muliebri eiulatione ſpatio trium dierum noctiumq; ſine cibo manſit. Quod cùm accepiſſet Sabinus, ueritus ne illa penitus ſe perditum iret, iuſsit clam ſignificare ei Martalium ipſum uiuere, atque occultari rogareq; ut adhuc breue ſpatiũ in luctu perduret omniaq; faciat, ne ſimulatus ille dolor deprehendatur. Cætera igitur à muliere quæ poſcebat id tempus, aptaq; erunt ad caſus illius opinionem, miſerabiliter tractata ſunt: cùm autem deſiderio uidendi uiri arderet, tenebris ad eum acceſsit, redijtq;. Quo ex tempore cum alios id factum falleret penè apud inferos cum uiro congreſſa eſt: excepto tantùm ſpatio ſeptem menſium, quo cum Sabinum & ueſtimento, & tonſura, & capitis tegumentis, ut cognoſci non poſſet conformaſſet, ſecum ipſum Romam duxit. Cum uerò irritum fuiſſet, id incœptum, in Galliam redijt & maiorem partem temporis cum eo ſub terra iuuebat: raró tamen in urbem accedebat, poteſtatem ſui faciens, & amicis, & cognatis mulieribus. Quod uerò in primis admirabile fuit, cum prægnans eſſet, ac communibus balneis uteretur, non tamen uterum gerere cognita eſt, medicamentum enim, quo comam mulieres inungentes reddunt eam flauam, rutilamq; habet unguem aptum ad carnem gignendam, ſiue ad illam laxandam,

ut ea

ut ea de cauſa inferat, tanquam dilationem quandam ac tumorem: quo cum illa copioſo unxiſſet reliquas corporis partes tegere potuit tumorem uentris efferentem ſe ac creſcentem. Appropinquante autem tempore partus cùm ad uirum ſubijcet, ſicut leæna in cauernam, tolerauit ſola dolores illos: & natos pueros tanquam ſcymnos aluit: geminos namq; edidit. Eorum autem alter in Aegypto mortuus eſt: alter uerò nuper Delphis domi noſtræ diuerſatus eſt, qui uocatur Sabinus. Interfecit uerò Eponinam Cæſar cædisq; eius iniquiſſime pœnas non multò poſt dedit, omni genere extincto. Cum autem multa atrocia facinora tunc facta ſint, nihil tam triſte tulit principatus ille: ueriſimileq; eſt nullum magis facinus Deos immortales auerſatos eſſe, quamuis cum ſupplicium deſumeretur, ſpectantium eſt animo ſuſtulerat omnem miſericordiam fortitudo ipſius ac liberalitas. Quo magis adhuc incendit Veſpaſianum: poſtquam enim ueniam deſperauit, iuſsit ut citò infra terram mitteretur: uixiſſet enim ſe iucundius ſub terra ac tenebroſis locis, quàm regnante illo; in luce ac ſyderum aſpectu.

Leoncillos, o catulos leonum.

En lengua Franceſa antigua, Eponnina ſignifica lo que en Griego llaman Heroyda, en Eſpaña la dama, por que la tuuieron en mucho los Franceſes, por ſu gran riqueza, bondad y hermoſura.

Ex libr. 33. Pauli Iouij Tempeſtatis & Procellæ deſcrptio.

CVm in ea loca campis utique ad edendam nobilem pugnam aptiſsimis, Tammas decenſurus putaretur, is namque in Coraxenos penitus abſceſſerat, turbidior & ſeuior tēpeſtas, quàm unquam antea per id anni tempus Perſæ meminiſſent, ex illis mōtibus deſcendit, uſqueadeo inuſitata, quòd eſſet paulo antè Aequinoctiū æſtiuū, ut pleniſsimis imbribus, atque his cōcreta ex niuibus glacies repentina hiems inuecta uideretur. Nam certantium inter ſe uentorum ea fuit rabies, ut tranſuerſis flatibus niuoſa mōtium culmina uerrerentur, prægaltaq; nix ſubiectis cāpis incideret: quia horribili procella Turcarum caſtra euerſis tabernaculis ſternerentur, iumentaq;, & antè alia magnus camellorum numerus interiret, & ingens lixarum, & agrorum militum multitudo oppreſſa protinus extingueretur, non paruo etiam ipſius Imperatoris periculo, cum circa eam pleraq; tentoria, eadem procella diſijciente, concidiſſent: Huius mali remedia intempeſtæ noctis tenebræ, & extincti paſsim ignes, ita præpediebant, ut Turcæ eo aduerſiſsimo omine magnopere terrerentur, donec orta luce Sol utique præclarus, ſalutaribus radijs multos propè rigentes & attonitos refouit, & quod ad reliquam uitæ ſecuritatem opportune pertinebat, cāpos hoſte uacuos detexit. Nam ſupra totum uſqueadeò tantæ procellæ detrimentū improuiſi hoſtis aduentus, & incurſus maximè timebatur, nec deerāt qui affirmarent eū intēpeſtiue uehementiſsimeq; procellæ turbinē à Perſarū hoſtiū Magis diro carmine, & notis genti cātaminibus cœlo euocatā ad Turcarū exitiū.

Deſcriptio vitæ ſtudioſorum, ex Longolij. lib. 1.

TRaducimus autem, mihi crede, ſumma cùm uoluptate. Diem enim ita conſummo, ut matutinas horas latinis lectiunculis tribuam: prandium Trigonali pila condiã: non quo noſtræ eiuſcemodi ſint mẽſæ, ut hoc condimenti genere magnopere indigeant: nec enim multum uel ſplendore, uel lautitia ueſtris cedunt: Sed ita ualetudini noſtræ libenter conſulimus. A cibo tempus uarijs ſermonibus ducitur: poſteà dũ ſe calor frangat, leuiter meridiamur. Quietem Græce, & interiores literæ excipiunt. Sub has eadem pila in cænã exercemur, ſed meo ſanè arbitratu, id eſt uſq; ad ruborem, citra ſudorem. Reliquas diei partes ueſpertinæ ambulaciunculæ, eæq; aut propter aquarum decurſus aliquos, aut ſpatioſis in campis lentæ ſibi uẽdicant. Quodſi quando maiore æſtus ui urgemur, admiſsis equis concurſantes urbem obimus. Simul ac me in cubiculum abdidi, reputo ſtatim mecum, quid eo die memoria, quid ſcientia comprehenderim. Noctem à prima ſtatim uigilia ſomno damus: cum ſole ad eaſdem uices ſacris operati redimus. Quid quæris? utor literis, quantum ſemper optaui: fruor otio, quantum nunquam ſperaui. An uerò tãtæ felicitatis fructus mihi conſtet, niſi forté tam felix otium otij eſt fructus uberrimus, ſenties aliquando fortaſſe tu, quẽ mihi fortuna dedit ſtudiorum meorum auditorem, tanti otij autorem, multarum, & clariſsimarum amicitiarum conciliatorem. Deniq; non inimicorum modò meorum

Buſcar apetito de comer con la pelota de cuerda, o triquete.

rum ultorem, ſed etiam obtrectatorum uindicem.

Deſcriptio nobilis adoleſcentis ſtudioſi ex Chiliad. 2. cent. 5.

CAeſus eſt unà cum fortiſsimo patre filius, & filius eo patre digniſsimus Alexander Archiepiſcopus, titulo diui Andreæ, iuuenis quidem uiginti fermè natus annos in quo nullā conſummati uiri laudem deſiderares. Mira formæ gratia, mira dignitas, heroica proceritas, ingenium placidiſsimum quidem illud, ſed tamen ad cognitionem omnium diſciplinarum acerrimum. Nam mihi fuit cum eo quondam in urbe Senenſi domeſtica conſuetudo, quo tempore à nobis in Rhetorum præceptis, Græcanicisq; litteris exercebatur. Deum immortalem, quàm uelox, quàm felix, quàm ad quiduis ſequax ingenium, quàm multa ſimul complecti poterat. Eodem tempore diſcebat iureconſultorum litteras: nec eas admodùm gratas, ob admixtam barbariem, & odioſam interpretum uerboſitatem. Audiebat dicendi præcepta, & præſcripto thémate declamabat, pariter & calamum exercens & linguam. Diſcebat Græcè, & quotidiè quod traditum fuerat, ſtato reddebat tempore. Horis pomeridianis, muſicis operam dabat, monocordis, tibijs, teſtudini. Modulabatur & uoce nonnunquam. Ne ipſum quidem conuiuij tempus ſtudiorum uacabat fructu. Sacrificus perpetuò ſalutarem aliquem librum recitabat: puta decreta pontificum, aut diuum Hieronymum, aut Ambroſium: nec unquam recitantis uox interrumpebatur, niſi quid alteruter docto-

doctorum, inter quos medius accumbebat, admonuiſſet, aut ipſe parum aſſequens quod legebatur, ſciſcitatus eſſet aliquid. Rurſum à cõuiuio fabulæ, ſed breues, & hæ quoque litteris conditæ. Proinde nulla omnino uitæ pars uacabat ſtudio, niſi quæ rei diuinæ ſomnoq; daretur. Nam etiam ſi quid ſuperfuiſſet tẽporis, quod tam uarijs ſtudiorum uicibus non ſuppetebat, tamen ſi quid fortè ſupererat, id Hiſtoricorũ lectioni dabat. Nam hac cognitione præcipuè capiebatur. His itaque rebus factum eſt, ut adoleſcentulus uix, dum decimumoctauum egreſſus annum tantùm, in omni litterarum genere conſecutus fuerit, quã tum in quouis uiro iure mireris.

¶ Plinij libr. 11. Cap. 2. Culicis deſcriptio.

IN his tam paruis, atque tam nullis, quæ ratio, quãta uis, quàm inextricabilis perfectio! ubi tot ſenſus collocauit in culice? & ſunt alia dictu minora. Sed ubi uiſum in eo prætendit? ubi guſtatum applicauit? ubi odoratum inſeruit? Vbi uerò truculentam illam, & portione maximam uocem ingenerauit? qua ſubtilitate pennas adnexuit? prælongauit pedum crura? diſpoſuit ieiunam caueam, uti aluum? auidam ſanguinis, & potiſſimum humani ſitim accendit? Telum uerò perfodiendo tergori, quæ ſpiculauit ingenio? Atque ut in capaci, cùm cerni non poſſit exilitas, ita reciproca geminauit arte, ut fodiendo accuminatum pariter, ſorbendoq; fiſtuloſum eſſet. Quos teredini ad perforanda robora cum ſono te-

no teſte dentes affixit? Potiſsimumq; e ligno cibatum fecit? Sed turrigeros elephantorum miramur humeros, taurorumq; colla, & truces in ſublime iactus, tigrium rapinas, leonum iubas, cum rerum natura nuſquam magis, quàm in minimis tota ſit.

FINIS.

Lectori.

ANxium me ac ſolicitum habet, num præfatio hæc, quæ ſtudioſos adoleſcentes mouit, lectorem quoque aliquādo moueat, nam illi tanquam longo tempore collectam ſitim explere cupientes, ita Palmyrenum auidè complexi ſunt, vt vel balbutiētem laudauerint. Quo factum eſt vt illorum precibus victus, eam in vulgus apparere voluerim. Quare amice Lector volo intelligas, eſſe mihi iniunctum à Gymnaſiarcho vt poſtridie Diui Lucæ, oratione publica ſalutem Academiam, eſſet autem ineptum aut ruſticanum, duabus orationibus intra menſes duos, clariſsimos Academiæ Doctores obtundere: ita factum eſt, vt nihil minus quàm de habenda oratione publica laborarem. Auſpicabar igitur Philippicam nonam M. Tulij, quoniā verò, in meo auditorio nullum ſuggeſtum paratum videbam, acceſsi ad auditorium vicini; continuò Academici proce-

res Couarruuias Sans,& Gaſtaldus,cum nume-
roſo Philoſophorum grege acceſſerunt:& ab his
inuitus deductus ſum in illum locū Academiæ,
quod Theatrum appellamus,vbi reiecto argumē
to Philippicæ Tullianæ, quam interpretandam
ſuſceperam, præfationem hanc qualemcunque
de repente confeci. tu boni conſule, & vale.

Laurentii Palmyreni ORATIO POST reditum in Academia Valentina, menſe AVGVSTO. 1572.

COgitanti mihi magnifice Domine Rector, auditores ornatiſſimi, cuius rei cauſa in hunc locum aſcendē rim, & ad quos uerba facturus ſum, multa ſeſe obijciunt, quæ ad dicendum accedenti moleſtiſſima, & difficillima iudicantur. Nam in primis ætas ingraueſcēs me feſſum de uia ad dicendum ineptum reddit: deterret quoque me loci amplitudo, quoniam in Academia Valentina dicturus ſum: præterea auditorū dignitas timorem auget, magna enim lectiſſimorū hominū frequentia adſtāte dicimus: ad extremū dicendi cōdicio terrorē incutit: nā ita dicimus, ut ſit nobis eodē tēpore de ingenio, de doctrina, de gloria, ornamentisq; omnibus in hoc literario certamine periclitandū, & ut rem in pauca conferā, omnē cogitationē, omnia conſi-

lia, mentem prorſus omnem, auocant, abducunt, abripiunt, impedimenta quæ diximus. Cæterùm ſi quiſquam eſt, qui in Academia Valentina uerba facere, neque difficile, neque periculoſum arbitretur, eum neceſſe eſt in maximarum, earundemq; toto orbe notiſſimarum rerum ignoratione uerſari. Ecquis enim eſt hodie tam inacceſſus, tam ab omni hominum conſortio remotus in terris locus, quo non huius nobiliſſimi Gymnaſij fama peruaſerit? Quis populus eſt, quæ gens, quæ hominum natio, uel tam immanis atque barbara, uel tam exculta diſciplinis, atque artibus, quam non iam pridem florentiſſima Valentinorum ſchola non gloria modò & ſplendore nominis ſui, uerùm etiam admiratione compleuerit? Quales uerò auditores, quanta eruditione & dignitate illuſtres hodie adeptus ſim, non eſt meum exprimere, expreſſit iam faciei & uultus noſtri color exalbeſcens. Siquidem cùm ad uos oculorum aciem conuerto, totidem principum conſeſſum mihi uideor intueri. Hæc igitur uera firmamenta Reipublicæ, hæc ornamenta Academiæ, hæc uirtutum omnium, laudandarumq; artium præclariſſima lumina intuentem, non commoueri, tantùm id quidem eſt, ut, non dicam in meã hanc mediocritatem ingenij, ſed uix in quenquam hominem, qui cæterorum de ſe iudicia extimeſcat, cadere poſſe uideatur. Iam ſi ad uulgarem excuſationem confugiam, & dicam me neceßitate, uel officio impulſum dicendi munus non tam appetiuiſſe, quàm detrectare non potuiſſe, hanc totam defenſionis rationem nobis ipſa rei natura conditioq; præcludit. Dicent

enim

enim menſe Auguſto, urgente Canicula, hora intempeſtiua, quis locus Oratori conceditur? quænam occaſio habendæ orationi proponitur? Si quid habes publicè tractandum, id agas poſtridie Diui Lucæ. Hac iuſta quorūdam oratione concitatus aggrederer Philippicam nonam M. Tullij, quam modò in meo priuato auditorio eram diſcipulis meis prælecturus, ſed frequens conſpectus ueſter multò iucundißimus effecit, ut relicto meo tuguriolo, quòd tantam multitudinem non capiebat, in Theatrum prodirem. Mutato igitur argumento, exponam uobis breuiter conſilium profectionis, & reuerſionis meæ, ne quiſpiam non eſſe à me abſolutum triennium conqueratur. Vos oro, & obſecro, ut mihi talia meditanti exiguũ temporis attentionem præbeatis. Legeram ipſe in philoſophorum commentarijs, maximam eſſe uoluptatem in prætermittendis uoluptatibus, maximas opes in quieto ac contento ſuis animo, maximam gloriam in non ambienda gloria, ſatis honoratum eſſe, qui honore dignus ſit, ſatis magnum regem, qui ſeipſum regere, ſatis potentem Imperatorem, qui cupiditatibus ſuis imperare poßit, qui uerò illis domitis ac ſubactis iugum rationis impoſuerit, ab eo omnes aliorum uictorias, triumphosq; ſuperatos. Exquirebam igitur locum remotum à ciuitate, ubi hæc philoſophorum placita ad meos uſus cum ſumma tranquillitate conuerterem. Hæc agenti occurrebat D. Hieronymus aurem uellens, & exclamans: Quid agis? quan diu te tectorum umbræ premunt? quandiu fumoſarum urbium carcer includit? cur ceſſas ad purum etheris

 uolare

uolare fulgorem? Accedebat etiam D. Arſenius, qui cæleſti uoce excitatus hominum conſortia declinauerat. Arſeni fuge, tace, quieſce admonebatur uir pietate inſignis, ut uitaret fuga frequentiam, taciturnitate iactantiam, quiete fluxarum ac fragilium rerum ſollicitudinem. Hæc igitur fuit prima ac potiſsima cauſſa noſtri diſceſſus. Altera & minimè contemnenda erat, deſiderium abſoluendi ingenij noſtri monumenta, quæ iam diu inchoata, exoptatum finem in ciuitate conſequi non poterant. Siquidem in urbe nulla ſunt otia, nulla ſtudiorum commoda. Dic quæſo, ubi flumina, ubi fontes, ubi nemora, ubi loca quibus Muſæ adſint uocatæ? Quantumuis enim Thuria formoſis aut floreis ripis ad literarum ſtudia impellat, quod otiũ, quæ quies, in tanta mortalium frequentia, in tam negotioſa ciuitate poteſt ſtudioſo contingere? ubi uicus? ubi area? ubi ripa, in qua non ſtrepitus, nõ concurſus, non colluctatio ſit ingens, & otiũ quærentibus permoleſta? Iam ſi domi agerem uni Apollini, ut Sophocleus ille Tireſias deditus, obruebant me propago numeroſa, ſtrepitus familiæ, tricæ domeſticæ, ſollicitudo & cura rei familiaris, moroſum illud officium hilari admodum ac benigno uultu excipiendi eos, qui ad me honoris cauſa ſubinde ueniebãt. De prouincia mea diuturna, qua per tot annos publicè Valentinos adoleſcentes excolueram, ſic cogitabam, ſatiùs eſſe deſinere, quàm deficere: me ſiue placuiſſem ſatis iam ſpectatum eſſe: ſiue diſplicuiſſem, plus ſatis: ſatiùs eſſe cũ deſiderio, quàm cum ſatietate diſcedere. Vtcunq; eſſet tradendam quaſi curſu alijs lampada, qui & laboris patientiores, & doctrinæ copia inſtructiores, inſtitu-

tam hic & inchoatam à nobis, maiore animo quàm uiribus declamandi rationem exædificarent, ad ſummumq́; perducerent. In *his totus erã cùm uocatus ſum à meis ciuibus, diſceßi hoc decreto, ut ibi trienniũ con ſumerem.* Sed *uix menſes quatuordecim abſolueram, cùm me in hac cogitatione defixum, & tanquàm in portu complicatis uelis, cæterisq́; armamentis omnibus compoſitis, quieſcentem* Senatus Valentini *autoritas expergiſci denuò, & ſubductam iam nauim, mutato conſilio, deducere, & uela uentis pandere coëgit.* Nam *ex quo tempore horum nobis iucundæ exoptatæq́; litteræ redditæ ſunt, tanta cupiditate fui ad reditum incenſus, ut mihi nulli neq; remi, neq; uenti ſatiſfacerent: non quò me ad tempus occurſurum non putarem: ſed ne tardius quàm cuperem* Academiæ Valentinæ *gratularer.* Audieram *enim* Blaſium Nauarrum *inſignem* Theologũ in Academia Valentina *ad clauum ſedere: omnes uerò ſtudioſi ac bonarum litterarum amatores accepto delati* Blaſij *maximis uirtutibus honoris ampliſsimi nuntio admirabili quadam lætitia perfundebantur: nec eorum fuit quiſquã quin ſublatis in cælum manibus, omniũ rerum moderatori* Deo *ſingularibus uerbis gratias egerit, quòd* Valentino Senatui *eam mentem dediſſet, ut hunc potißimùm deligerent, quem in iſta dignitatis ędis celſißima con cordibus ſuffragijs collocarent.* Turpe *igitur fuiſſet alijs loquentibus me ſolum tacere, & nullam gaudij ſignificationem oſtẽdere.* Potuiſſes, *aiunt, hoc per epiſtolam efficere, nec hæc cauſa tanti erat, ut patriã nõ abſoluto triennio deſereres.* At *ego ſi mihi attentum*

animũ exhibetis, oſtendã me nõ inani quadã uolunta te, aut repentino mẽtis impetu adductũ id feciſſe: ſed conſilio, atq; ita ut temeritatẽ nemo poßit obijcere. Acceperã literas à Valentino Senatu multis inſignes amoris notis, in quibus precibus mecũ agebat quã poterat diligentißimis, ut in hanc urbem reuerterer, & ueterẽ illam prouinciã tradendi præcepta eloquentiæ ſuſciperẽ. Continuò in mentẽ uenit uetus illa & multorũ litteris celebrata uox: Principũ preces armatæ ſunt. Occurrebat Auſonius, qui de Theodoſio Cæſare uerba faciens, dixerat: Blando uis latet imperio. Scripſerat Antigonus rex epiſtolam, qua rogabat Zenonẽ philoſophum, quàm ſuppliciter poterat, ut ad ſe proficiſceretur. Reſpõdit Zeno, ſe facturũ quod iubebat, niſi ætas obſiſteret. Cùm tamẽ nõ iußiſſet Antigonus, ſed oraſſet. at prudẽtißimus philoſophus intelligebat longè uerißimũ eſſe mimum Publianum: Rogando cogit, qui rogat potentior. Ego igitur nõ in minimis ducebam ampliſsimi Senatus preces, id eſt, imperiũ; quò factũ eſt, ut ciuem quendã meum tunc Conſulem, olim noſtrũ diſcipulum adierim, eius fidem implorauerim, ſuum ſtudiũ in cõueniendis Senatoribus pollicitus eſt. Quoniam igitur res facultatẽ uidebatur habitura, ut id quod cogitabã, conſequi poſſem. Reſpõdi Valentinis Conſulibus, me abſoluto biennio, citra ullam dubitationẽ in Academia Valentina publicè, ut illi iubebant, prælecturũ. At ne portũ exoptatũ obtinere licuerit, cũ omni ſtudio conaremur, neſcio quinã uentus effecerit. Inſtabat biennij finis, orabã ſupplex patriæ meæ Magiſtratus, ne mihi ſpatium produceretur, ut

ſtare

ſtare promißis poſſem, & fidem meã nõ fallerem. Sed ea erat in ciuibus meis cõſtantia, ea liberalitas, ut cũ aliquando in Senatu pulcherrimẽ ſtaremus, & accurata oratione uideremur eorũ animos cõmouere, tan dẽ ſenatuſconſultũ tale prodijt, ut dicerẽt dandã eſſe operam, ut duplicato annuo ſtipendio, non ſolũ hunc triennij annum extremũ, ſed quod uitæ reliquũ foret Palmyrenus in patria tranſigeret. O uis datæ fidei, quid nõ in pectoribus ueré generoſis efficis? Non dulcedine patriæ, quam mœſtam & luctuoſam abitu meo relinquebã, non affinium & propinquorũ charitate, qui ſibi me diſcedẽte uiſceribus ſuis diſtrahi ac diuelli uidebantur: non Sarracenorũ feritate, qui littora & iter meũ infeſtabant, non periculi magnitudine, cùm per editas rupes, nemora & uaſtas ſolitudines ſicarijs & latronibus infeſtas filiolos uagientes, & filias iam nubiles ducturus eſſẽ deterreri potui, quin dicerẽ: ualeant, ualeant omnia alia, quæ ſemel Valentinis promiſi, irrita ne fiant, cauendũ eſt: cũ meis uerbis facta conſentiant oportet, uobis pollicitus ſum quingentos aureos nummos, niſi trienniũ abſoluerem, agite, illos accipite, & ualete. O uirtus eximia liberalitatis, quid non efficis, ubi generoſa pectora occupaſti? dictũ mirum: prolixa in primis ac benefica meorũ ciuiũ natura, illa uoce cõcitata, fructus liberalitatis ſuæ uberrimos in me conuertit, ac liberum dimiſit.

Adſum igitur ueſtro hilaris aſpectu Valẽtini ciues, ſed ut ille de ſuis maximis gaudijs dubitans, exclamabat: Teneo ne te Antiphila, *maximè animo exoptata meo?* Sic ego; *Video ne te* Academia *maximè animo*

exoptata meo? multa, ut ſic dicam, inculcatione opus eſt, ut Menedemus gaudiũ de Clinia filio uerũ credat. M. Vbi nam quæſo eſt? Ch. Apud me domi. M. Meus gnatus? Ch. ſic eſt. M. uenit? Ch. certè. M. Clinea meus uenit? Ch. dixi. ſic per partes fidem concipit, ſic inſiſtit ſingulis quaſi qui totum ſimul nec in aures, nec in animum admittere queat.

Andromache attonita præ gaudio, nec ſatis ſuis oculis credens, cum apparentem ſubito Aeneam conſpexiſſet, exclamat:

Veráne te facies, uerus mihi nuncius affers
Nate Dea? uiuisne? aut ſi lux alma receßit,
Hector ubi eſt?

Si hæc eſt Academia Valentina, Hector ubi eſt? Andreas Semperius ubi eſt? noui parietes, noui tecta, lacunaria, ſuggeſtum, in quo per annos uiginti concionatus ſum, columnam iſtam, cui adhærens laurea Philoſophica ornatus fui: at Semperiũ deſidero, illum expoſco, uos ſtudioſi iuuenes illum reſtituite. illum Grammaticorum Ariſtarchum, Rhetorum Gorgiam, in antiquitate Varronem, alterum Latinarum Græcarumq; litterarum Corypheum, tertium Vticenſem Catonem, eloquentiæ atque doctrinæ omnis inſtauratorem, cuius in labijs Ciceroniana dicendi facultas, in pectore uiꝗ Demoſthenica, in capite Platonica ſapientia reſidebant: hunc, hunc meritò hoc calamitoſißimo tempore firmißimum laborantis Academiæ robor appellabamus. Date hoc, & concedite dolori meo uiri ornatißimi, ut affectum hunc uerſibus quibus Poëtam neſcio quem lamentantem legi, exprimam:

Quid

Quid agam miſer? quid? quod ſolet
Philomela noctes ac dies
Raptos ſibi fœtus quærens.
Quid agam miſer? quid? quod ſolet
Suo orba turtur compare.
Quid agam miſer? quid? quod ſolet
Mori ſe ſentiens olor,
Andreas ille Semperius,
Orator ille maximus,
Poëtaque idem maximus,
Me neſciente, me procul
Agente, viuos deſijt
Eſſe inter, & cœleſtia
Seſe recepit ad loca.
Sed hinc abire, me ſine
Non debuiſti, me ſine
Semperi tuo, qui te ſine
Hic eſſe non poſſum diu.
Saltem mihi prædiceres
Te velle abire, ſic mihi
Prædiceres verbis tribus,
Abire tempus Palmyrene.
Memet paraſſem, nunc forem
Ad te ſequendum alacrior,
Nec eſſet hic tantus dolor,

Nec tanta comploratio,
Nec lacrymarum tanta vis.

Sed quid ago demens? gaudium quod mihi ueſter aſpectus, & uoluptatem, quam uobis noſter aduentus attulit, funeſta narratione perturbo? Omnia Cæſar erat, dixit ille: Sic ego: omnia Blaſius erit. Hic unus Semperios, Nuñezios, Monllorios, & ſimiles exhibebit. Huius auſpicijs me huc reuerſum uidetis: ſi quidẽ à minimis ad maxima facilis eſt progreſſus, minimum Palmyrenũ duxit Blaſius, ut mox Atlantes illos, quos nominauimus, adducat. At dicetis: quid boni nobis adfers? Reſpondeo: hoc unum, quod patremfamilias imitatus ſum. Nam ut paterfamilias, qui mercaturæ cauſſa in longinquas terrarum oras profectus, dulcẽ, eximieq; animo charam domi uxorem reliquit, ſæpe de ea cogitans, ſicubi aut gemmam aliquam, aut ſcite tornatum anulum, monile bacatum, aut ſegmentatam ueſtẽ, aut talia mundi muliebris ornamenta conſpexit: ſtudioſe omnia comparat, ac ſeponit, quibus eam, domũ reuerſus, muneretur: ſic me in patria per omne ſcriptorum genus uagantem, nũquam ea cura, ac cogitatio deſerebat; ecquid decerpere, ac delibare ex eorum unoquoque poſſem, quod cùm ad hanc primã Claſſem reuerterer, ad eam expoliendam & exornandam accommodatum eſſet. Sciebam enim quàm turpe haberetur, & diu manere, & inanem redire. Quod autem Homerus ait, Vlyſſem in illo diuturno errore crebro ſpectare ſolitũ Ithacam uerſus; itidem ego ad hãc Academiam reflectebam oculos: & ab ea

tam diu abeſſe me, uix ſatis æquo animo ferebam. Habebitis igitur gemmas, & ſegmentatam ueſtem, id eſt, præcepta dicendi, Philippicas Ciceronis, Cæſaris Cõmentarios, & uariam ſtyli poliendi rationem. Adeſte, adeſte bono animo adoleſcentes, ad Cæſaris & Marci Tullij explicationē, ad pulcherrimas ingeniorum epulas uos uoco: iam cogitate, quid agatis, res qua de agitur, præſtantiſsima eſt, qui eam nobis ſcriptam reliquerunt, autores præſtantiſsimi: utinam ex me quoque tertium argumentum ſumi poſſet ad animos ueſtros excitandos. Sed quò minus doctrina & ingenio ualeo, eò plus laboris ac diligentiæ afferam. Multum à me operæ iampridem in Cicerone & Cæſare poſitum eſt: multæ noctes uigilatæ, ut ad illorum intelligentiam peruenirem, præcipuè olim cùm Nunnezium, Semperium, & Matthæum Boſſulum conſortes glorioſi laboris, haberem. At quoniam non tantùm, ut ille dixit, poſterior dies prioris diſcipulus eſt, ſed etiam magiſter, multa uobis nunc adduco noua, multa emendata, multa locupletata, multa aliter olim accipiebam, aliter hodie accipio. Mihi credite, ſi quantum ego ad docendum, tantum uos ad diſcendum diligentiæ adferetis, efficiam, ut multos magnosq; fructus ex noſtra quotidiana exercitatione capiatis.

Fabella

¶ Fabella Aenaria Laurētij Palmyreni acta in Academia Valentina. 6. Idus Februarij. 1574.

Au. DI Echo, q̃ tal parecera à eſta illuſtre compañia; lo que yo cōpongo? E.

Hongo.

Au. Luego floxos y de poco valor te parecen mis trabajos? E.

Ajos.

Au. Para eſſo mas me vale callar, y yrme à otra parte. E.

Arte.

Au. Que arte quieres que ſiga, pues ſi hoy vinieſſen Menādro y Terēcio canſariā? E.

Rian.

Au. Como quieres que rian, ſi la buena Comedia no obliga à dezir gracias? como me echas tan crudamente en la boca del lobo? E.

Bouo.

Au. El bouo ſiempre es mas eſcuchado, pero como lo haran, ò repreſentaran niños, pues ni la edad, ni el cuerpo les ayuda en alguna coſa. E.

Oſa

Oſar

Au. Oſar donde no ſe eſpera ſucceſſo, pareſce diſlate de modorro, por tanto dame alguna coſa con que à tan ſabia congregacion contente. E.

Tente.

Au. No eſta en mi mano: porq̃ me lo han mandado, y detenerme no puedo, deſuiarme, no me es concedido, creo ſera mas facil camino ayuntar el lenguage Latino con el Caſtellano. E.

Llano.

Pues eſto te pareſce llano ſeguire tu conſejo, conſolandome que ſi es fria mi Comedia, no es eſſe mi officio, y que por diuertir à mis diſcipulos del naype en eſtas vacaciones, les he exercitado la action y boz en eſto, que ni es Comedia, ni Farſa, ſino entretenimiento. Y por que me quitaron la joya de terciopelo carmeſi, aura ſeys meſes diziendo: que toda mi obra yua Latina, pongo en eſta mucho Romance, no ſe ſi aure acertado.

Autoris præfatio in ſequentem Fabellam.

Diligentiam Platonis, qua utebatur in componẽdis uerbis, laudatam eſſe à Dionyſio Halicarnaſſeo nullus ignorat: & cum ad octogeſimum ætatis annũ perueniſſet, expolire tamen ſermones illos ſuos calamiſtris inurere, ſplendore uerborum ornare conſueuiſſe, clariſſimi ſcriptores oſtendunt. Sequutus ipſe lau-

ſe laudabile hoc diuini Philoſophi exemplum, prælectiones meas ætate hac ingraueſcente præfationibus quotidianis exorno, nihil ueritus criticorum iudicia, qui me exultati & iuuenili oratione uſum reprehendent: At Fabellas Attellanas, aut Mileſias, qui potero proferre in uulgus, cum ſtudioſos ſenes id nunquã feciſſe conſtet, & Rhetoris munus, quod ipſe gerimus penitus obſcurare huiuſmodi hiſtrionica exercitatione uideamur? Potuiſtis tamen P. iurati uigilantiſſimi mihi timido calcar addere, diffidentem, ac prorſus omni ſpe deiectum erigere, & illa ueſtra, qua ante omnes mortales plurimum apud me poteſtis, auctoritate confirmare. Omnibus enim teſtatum uolo, quã ti uos faciam, cum aduerſus iudicium meum uobis in hac re paruerim. Tu uerò Gymnaſiarche clariſſime teſtis eris locupletiſſimus, quàm obtorto collo ſenex ipſe, munus hoc iuuenile aggrediar: qui toties me admonuiſti, ut in hac re Valentini Senatus obtemperarem imperio. Si quos igitur noſter hic offendet labor, ac conatus, ij non ſi aliquid à me non bene dictum ſit, culpent, ſed ſe melius dicere poſſe ex eo cognoſcant, quòd me malè dixiſſe prius deprehenderint. Declaraui iam olim cum eſſem adoleſcens, quantum ad orationem eleganti pronuntiatione ornandam conduceret, hæc puerilis exercitatio, hodie uerò nequaquam ab illis diuerſa ſentio, ſed id munus ſeni commendari, dico eſſe boui clitellas imponere. Iam qua ſoletis attẽtione, & benignitate huius breuiſſimæ Fabellæ argumentum audite.

Argu-

Argumento.

EN aquella noble ciudad q̃ los Mellizos criados de la loba fundarõ, reynaua el gran Emperador Veſpaſiano, y como por ciertos Alcaldes fueſſe maltratada la Francia, rebellaronſe muchos Principes de aq̃lla prouincia: Entre ellos fue muy ſeñalado Iulio Sabino, hõbre de gran linage y el mas rico de todos: pero como no les ſucedio como eſperauã, vnos ſe huyeron a tierras de Barbaros, otros ſe mataron cõ ſus propias manos, el Iulio Sabino por verſe en lo mejor de ſu edad, y caſado con Eponina gallarda y hermoſa para mirar, no ſe atreuio à lleuar moça de tan tiernos años à Berueria; temiendo que o ſe la quitarian, o por cauſa della ſeria conoſcido. En fin llamo dos criados de quien mucho ſe fiaua, y recogioſe à vna caſa de monte que tenia, y eſcondioſe en vnas cueuas y cauernas, donde el y ſus antepaſſados en tiẽpo de Commundades eſcondian la moneda, y dixo à los criados que dieſſen fuego à la caſa por todas partes, y contaſſen à ſu muger que el miſmo ſe hauia muerto con toxigo, por no venir à manos del Emperador. Creyẽdo ella eſto hizo eſtremos, y los vezinos y pariẽtes conſolauanla como podian, como el fue informado q̃ ſu muger hauia paſſado tres dias ſin comer, embiole vn villete en que le auiſaua de ſu ſalud, y rogaua que lo que hauia hecho de veras

hizieſſe

hizieſſe fingido algunos dias, pues tanto le conuenia Tenia entonces el Principe Alberto hijo deſtos quatro años, y recabo del Emperador el miſmo titulo del padre: pero yendo à ratos hurtados la madre à la cueua, quedo preñada, y como era obligada à diſsimular pario ſin madrina, en las cauernas, q̃ podemos dezir en el otro mũdo vn niño y niña: los quales fueron muy ſeñalados en el arte militar, llamados Petronio y Lauredana. Fue eſta moça de tan hermoſo roſtro, q̃ no ſe ſabe ſi por el, ò por ſu valentia en armas, fue mas nombrada: pero ſus trabajos y aduerſidades con el venturoſo fin, diran los que vienen, yo me voy.

Fumanus. *Ecelinus.*

Quàm uereor, ne Albertus meus tot uexatus malis, ad furorem & amentiam redactus, miſerè contabeſcat! Sed Ecelinum *uideo, fortaſſe, remedium expectatum diu, conſequemur. Salue Eceline.* E. *Saluus ſis mi Fumane.* F. *Hui, mæſtus es?* E. *Qui poſſum hilaritatem præmeferre, cùm herũ amiſerim?* F. *Hem quid narras? Petronio hermano de mi ſeñor es muerto? el que nos uenia a ſacar del affan en que eſtamos?* E. *No es muerto, mas preſo.* F. *Tanto mõta, ay ay, a do uas duelo? a do ſuelo.* E. *Quitaos lo de la cabeça, porque como fueron eſtos dos hermanos engendrados en cauernas, y criados en ellas, parece que el Sol no quiere uerlos. Recebimos la carta, en que nos cõtauas, quan aſpera uida padecia Alberto en la priſiõ del Rey de Dinamarca: a la hora partimos de las*

Canarias, y al cabo del Bojador, ſaliendo un rato a buſcar agua en la ribera, como el uenia mareado y maltratado de la tormenta, a la hora fue uencido, y preſo de unos hombrazos negros, quemados del ſol, los geſtos horribles y ahumados de uiuir en el campo, los ojos garços, los cabellos erizados, las barbas haſta la cinta, arrebuxadas, unos corpazos de gigantes, los miembros llenos de uello, el cuero duro, y cozido al ſol y al agua, las manos llenas de callos, en fin eran tales, que parecian miniſtros del demonio. F. *Sed audi, perierunt quoque opes illæ à patre relictæ, & abaci ornati argento, auroq; cælato, & tapetes magnificis operibus picti?* E. *Antequam ipſe caperetur, perierãt omnia infelici naufragio, quod tibi uerius, aut commodius depingere non poſſum, quàm fecit his uerſibus* Varro.

Repente noctis circiter meridiem,
Cùm pictus aër feruidis latè ignibus
Cæli choreas aſtricas oſtenderet:
Nubes aquales frigido uelo leues
Cæli cauernas aureas ſubduxerant:
Ventiq; frigido ſe ab axe eruperant,
Phrenetici Septentrionum filij,
Secum ferentes tegulas, ramos, ſtrus.
At nos caduci naufragij ciconiæ,
Quarum bipennis fulminis plumas uapos
Percuſſit altè, meſte in terram cecidimus.

Nam inuſitata & planè fatali uentorum cõiuratione adeò mare commotum intumuit, ut toto littore iactatæ naues, deinde feruente æſtu in altum abreptæ,

mergerentur: mox elapſi magna difficultate & labore ex iſto naufragio, in eos, quos dixi, Vulcani miniſtros incidimus. Videns autem herum meum armis ſuperatum, erepta ſpe fugæ, in ſyluis delitui, ne inexorabili rabie barbarus ille me flammis abſumeret. Errabam in nemore ueſtigia hominum deuitans, agreſtibusq; pomis ueſcebar, cum magno caſu à prædonibus Maſsilienſiũ, qui hiemes aquandi cauſa ad illud littus appulerant, captus ſum: & poſt duriſsimos maritimi curſus errores in Galliam deuectus, fuga mihi ſalutem cõparaui. F. Mane, auſcultemus taciti, hæc eſt aula Regis, qui herum meum in uincula coniecit. Iuſsit eius filia, ut iuxta pomarium eam expectarẽ, quoniam deſiderabat nonnulla perconta ri, quæ credebat mihi eſſe cognita.

Ticinia, Ænaria, Firmina, Exoletus, Venator.

TICIN. *Deũ immortalem, ut obſcurat magnitudinem periculi lucrum! quàm graue & laborioſum, prolixumq; iter ſuſcepi, dum mihi perſuadeo apud Reginam Daniæ ita parata eſſe Zopyri talenta, ut ad ambas uſque aures diuitijs poſſem implerì? deluſa ſum haud dubie: nam hic incredibiles pecuniæ ſunt anguſtiæ, penuria nummorum tanta, ut ipſorum uſus prope nullus ſit. Cur ab Italia diſceſsi miſera? quã ſunt diuites, locupletes, & opulenti Florentini mercatores? quanta laborant egeſtate hic & ipſi & aulici? Sed Reginæ filia egreditur, Salue hera.* AENA. *Videbis tandem noſtra aucupia, & uenationes, quæ nũquam non tuam Italiam magnis titulis exornas.* T. *Hera credis me affectu ductam id efficere? utinam princeps*

aliquis

aliquis Italus, aut Gallus, te ducat uxorem, ut intelligas, quàm uera protulerim. Sunt enim in noſtra regione uiridaria, & ſepta ferarũ, quæ à parcendo Parcos uulgus appellat, ea lateritijs mænibus cincta uiginti miliarium ſpatium complectuntur; paratis ſemper ad Principum uoluptates omnis generis uenationibus, & aucupijs. Aen. Erunt fortaſſe uera iſthæc omnia, quòd uiri nobiles liberalitate ſumma aucupia comparent: ſed de amœnitate loci, nõ eſt quod aliquid addas: lõgo enim interuallo Italia à noſtra regione ſuperatur. T. Dicat Firmina quæ ſentit. Aen. Quid tu dicis? F. Recitabo uerſus, quos heri dulci patriæ recordatione componebam. Veniebat in mentem ciuitas illa cæli clementia, ubertate agri, duorumq; fluminum, omnis generis fructus admirabilem copiam inuehẽtium, opportunitate clariſsima. Videbar mihi uidere lapideum pontem perpetua protectum contignatione, munitumq; propugnaculis ad utrumq; caput, & ornatum periſtylijs. Sed audi carmen.

Nobilis æſtiuas Platanus diffuderat umbras:
Et baccis redimita Daphne, tremulæq; cupreſſus:
Et circum tonſæ trepidante uertice pinus:
Has inter ludebat aquis ludentibus amnis
Spumeus, & querulo uerſabat rore lapillos.
Dignus amore locus: teſtis ſylueſtris Aedon,
Atque urbana Progne: quæ circum gramina fuſæ,
Ac molles uiolas, cantu ſua rura colebant.

Æ. Egregie laudaſti patriam, ſed carmina fide carẽt. ego miram haurio iucunditatem mei pomarij aſpectu: oblectant me, ac tenent hæc umbroſa cacumina:

